QUATENUS OVIDIUS IN IBIDE CALLIMACHUM ALIOSQUE FONTES IMPRIMIS DEFIXIONES SECUTUS SIT.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

CAROLUS ZIPFEL
DRESDENSIS.



LIPSIAE
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMX.

RETTULERUNT AD ORDINIS PHILOLOGOS DE HAC DISSERTATIONE

HEINZE ET **LIPSIUS**

LIPSIAE, D. XXIII. M. NOVEMBR. A. MCMIX.

PROCANCELLARIO
K. ROHN.

RETTULERUNT AD ORDINIS PHILOLOGOS DE HAC DISSERTATIONE

HEINZE ET **LIPSIUS**

LIPSIAE, D. XXIII. M. NOVEMBR. A. MCMIX.

PROCANCELLARIO

K. ROHN.

JUSTO HERMANNO LIPSIUS
EDGARO MARTINI
SACRUM.

Ellis, vir doctissimus et qui de Ovidii carmine, quod inscribitur Ibis, emendando interpretandoque optime meritus sit, saepius in commentario editionis a. 1881 usui publico traditae et in Mél. Boissier (1903 p. 187), Ovidiusne id poema composuerit, dubitat; nos vero scriptae memoriae confidimus eo magis, quod Ibis excellit vi sententiarum atque elegantia orationis reique metricae[1]) vere Ovidiana respicitque ad fata vere Ovidiana.[2]) Inimici autem nomen poeta se, nisi ille insidiis destitisset, in carmine iambico pronuntiaturum minatus (53 sq. 643 sq.) consulto (61 sq. 95) celavit neque nos unquam investigabimus.[3]) Ibin nominavit aeque ac Callimachus Apollonium Rhodium, quem ab illo propter dissensiones de arte poetica[4]) carmine simili petitum esse Suidas memoriae tradit: *ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου· ἦν δὲ οὗτος ὁ Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ*

---

[1]) Omnes pentametri non finiuntur nisi vocabulis iambicis (cf. Christ Metrik p. 209[2]) exceptis vocabulis Graecis >historiae< (520) et >Berecyntiades< (508), quod exemplum praeterea nomine proprio excusatur; dimidia priora pentametrorum terminantur nusquam vocabulis iambicis exceptis XIV versibus; in VI autem (104. 132. 408. 460. 498. 538) vocabula iambica artissime cohaerent cum antecedentibus et in VII (114. 166. 224. 256. 348. 420. 642) sequuntur particulam >que<; restat igitur unum exemplum (544), in quo iambus propter nomen proprium haud facile potuit vitari.

[2]) v. 5 sq. (de Arte; cf. Meiser, Über Ovids Begnadigungsgesuch. Sitzgsb. d. Münch. Ak. 1907 p. 171 sqq. 184 sqq.) v. 7. 11. 21. 24. 27. 637 sq. cf. Ellis, Praef. p. XXI. Pokrowskij, Phil. Suppl. XI (1909) p. 375 sqq.

[3]) Ellis, Praef. p. XIX sqq. Schenkl, Z. f. d. österr. Gymn. XXXIV (1883) p. 259 sq. Riese, Fleck. Jahrb. CIX[1] (1874) p. 380 sq. >Ibis< fortasse idem qui Trist. I, 6, 13 sq. II, 77 sqq. IV, 9. V, 8. III, 11, 19 sqq. 31 sqq. 63 sqq. Ex. P. IV, 3. IV, 16.

[4]) Weichert, Über das Leben und Gedicht des Apollonios v. Rhodos (Meißen 1821) p. 34 sqq. Schneider, Call. II, 276 sqq. Couat, La querelle de Callimaque et d'Apollonius (Annuaire pour l'encouragement des études Grecques en France (1877) p. 93 sqq.). Couat, La poésie Alexandrine (1882) p. 506 sqq. Ellis, Praef. p. XXXI sq. Gercke, Alex. Studien: Rh. M. XLIV (1889) p. 127 sqq. 240 sqq. Reitzenstein, H. XXVI (1891) p. 307 (epigr. Bernense). Susemihl, Alex. Litt.-G. I, 351, 19. Weinberger, Kall. Studien (Progr. Wien 1895) p. 13 sqq. Cessi, Studi Callimachei (St. it. di fil. class. VII (1899) p. 396 sqq.). Heumann, De epyllio Alex. (diss. Lips. 1904) p. 9 sqq.

Ἀργοναυτικά. Ibidis Callimacheae nulla exstant fragmenta;[1]) fuit exempli causa Salvagnius, qui Ovidianam Ibin censeret ex Callimachea esse expressam; quod Ovidio esse indignum facile concedas;[2]) imitatur enim neque vero quicquam nisi modum rationemque carminis Callimachei, non carmen ipsum, ut ipse v. 55 sqq. apertis verbis ait: Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin,
hoc ego devoveo teque tuosque modo.
Utque ille historiis involvam carmina caecis,
non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.
Illius ambages imitatus in Ibide dicar,
oblitus moris iudiciique mei.
Et quoniam, quis sis, nondum quaerentibus edo,
Ibidis interea tu quoque nomen habe.

Nomine igitur inimici celato et historiis reconditis modum Callimachi est imitaturus, cuius carminis re vera *ἀσάφεια*, ut ait Suidas, fuit propria.

Quatenus igitur Ovidius in Ibide Callimachum aliosque fontes secutus sit, quaeramus.

Ellis enim ille vir doctissimus materiam ad ambages illustrandas magis minusve aptam summa diligentia congessit, fontes vero indagandos sibi non proposuit (praef. p. XL sqq.).

Ovidii opusculum est divisum in partes duas, quarum altera exsecrationes ipsas eximia vehementia et oratione admirabili prolatas continet, altera (251 sqq.) adduntur exempla ambagibus referta, quibus inimicum eadem optans fata miserrima devovet.

Prior pars non tam comparari potest cum carminibus minutis epigrammatisve contumeliosis aetatis rei publicae liberae exeuntis aut imperatorum Romanorum (Merkel ed. 1837 p. 348) quam cum defixionibus popularibus, quae exstant exaratae in tabellis praecipue plumbeis,[3]) quorum exempla offeruntur imitanda in

---

[1]) Schneider l. l. p. 281 sqq. Geffcken, Die Kallimachoszitate der Ibisscholien H. XXV (1890) p. 91 sqq.

[2]) Nolte, Met. Ovidianarum fab. prima et secunda unde sint haustae (Progr. Papenburg 1907).

[3]) W. 106. 107. Aud. 189 (Roma). Rieß, apud Pauly-Wiss. I, 51, 38 sqq. Dziatzko ibidem III, 565, 26. Gruppe, Gr. Myth. 876, 5. Huebner, Exempla scripturae epigr. Lat. p. XLV. W. praef. p. II sq. Aud. praef. p. XXXV. XLVII, 74 sqq. Kuhnert, Rh. M. IL (1894) p. 49, 1. Wünsch, Rh. M. LV (1900) p. 73 sqq. (de phylacterio Cretico s. IV/III a. Chr.). Wünsch, Rh. M. LVI (1901) p. 402 sq. (de Ov. Fast. II, 575). Homolle, De exorcismo Amorgi detecto (s. III p. Chr.). Bull. de corr. hell. XXV (1901) p. 430 sqq. 452 sq. Wünsch, Eine

papyris magicis.[1]) Defixiones satis multas, paucas vero pro more pervulgato Fortunae favore oblatas usui publico fecerunt:

Wünsch, Defixionum tabellae Atticae (CIA App.) (Berolini 1897) (W.).

A. Wilhelm, Über die Zeit einiger attischer Fluchtafeln: Jahresh. d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 105 sqq. (Wilh.).[2])

Wünsch, Sethianische Verfluchungstafeln aus Rom (Leipzig 1898) (W. Seth.).

Wünsch, Neue Fluchtafeln: Rh. M. LV (1900) p. 62 sqq. 232 sqq. (W. N. Fl.).

Audollent, Defixionum tabellae quotquot innotuerunt tam in Graecis orientis quam in totius occidentis partibus praeter Atticas editas (Parisiis 1904) (Aud.).

Quo de opere iudicium faciens nonnulla adiecit:

Wünsch, Berl. Phil. Wochenschr. (1905) p. 1071 sqq.

Tres novas tabellas Romae effossas (s. IV/V p. Chr.) idem edidit:

Wünsch, Deïsidaimoniaka Arch. f. Rel.w. XII (1909) p. 36 sqq. (W. Deis).

et multa docuit de arte magica:

Wünsch, Antikes Zaubergerät aus Pergamon (s. III p. Chr.). Jahrb. des arch. Inst. Ergänzungsheft VI (1905) (W. A. Z. P.).

Defixionum inventarum copia in annos augebitur, argumenta illarum vix augebuntur.

Quae incantamenta primum inde a s. IV (vel. V cf. Wilhelm, Beiträge zur griech. Inschriftenkunde (1909) p. 32 sq. 307) a. Chr. in Attica occurrunt, deinde imprimis in Aegypto, sed longius producta et cogitationibus Aegyptiis Hebraicis aliisque immutata, tum inde a s. II a. Chr. in Italia quoque et Romae et toto terrarum orbe.[3])

---

antike Rachepuppe Phil. LXI (1902) p. 28. Münsterberg, Zu d. att. Fluchtafeln: Jahresh. d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 142. Grenier, Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 55. 61. Deonna, Talismans magiques trouvés dans l'île de Thasos, R. d. ét. Gr. XX (1907) p. 368. Wünsch, Deisidaimoniaka: Arch f. Rel.w. XII (1909) p. 36 sqq.

[1]) Pap. Anastasy apud W. praef. p. XXX sq. W. Seth. p. 74 sqq. Pap. Paris. apud Aud. praef. p. LXXXIV sqq. (Kuhnert, Rh. M. IL (1894) p. 49 sqq.

[2]) cf. Schwyzer, Die Vulgärsprache der attischen Fluchtateln: Neue Jahrb. III (1900) p. 244 sqq. Rabehl, De sermone defixionum Atticarum (Diss. Berol. 1906).

[3]) W. p. XXXII. XX sqq. W. Seth. p. 71 sqq. W. N. Fl. p. 271. Aud. p. XCIII sq. CVII sqq. CXXIV. XLI sqq. Steuding, apud Roscher M. L. II, 257 sqq. W. A. Z. P. p. 18. 30 sq. 33 sqq. v. Premerstein, Ein Fluchtäfelchen mit Liebeszauber aus Poetovio (s. II p. Chr.): Jahresh. d. österr. arch. Inst. IX (1906) p. 193 sq. Wünsch, Antike Fluchtafeln (Bonn 1907). Kaerst. Gesch. d. hellenist. Zeitalters II, 1 p. 244 sqq.

Quibus cum tabellis saeculorum ordine digestis et significatione regionis praeter Atticas a W. editas instructis Ovidii carmen comparemus ac quatenus poeta morem popularem secutus sit, primum quaeramus.

Cum superstitione ac religione hae exsecrationes timebantur[1]) neque solum ab hominibus humili loco natis adhibebantur (Wilh. p. 118). Illarum speciem imitatus Ovidius se inimicum a flagitiis deterriturum esse sperabat. Carmen ipsum est epistula Tomis (11. 27. 132. 145. 135. 637 sqq.) ad inimicum Romam scripta. Defixiones illae quoque in tumulis plerumque, fontibus, puteis, aliis locis numinum inferorum sacris depositae putabantur epistulae ad deos inferos inimici perdendi causa datae, plerumque libellorum more convolutae[2]) et clavo perfossae clausaeque, interdum diptychorum ratione complicatae et pari modo transfixae.[3]) Sunt autem tabellae aetatis antechristianae, quae palam locis sacris depositae sint, ut adversarii animo commoti ad officium reducerentur.[4]) Id Ovidius quoque se assecuturum esse sperat (45 sqq.) devovens inimicum, quod et sibi absenti maledicat (7 sqq.) et uxorem suam ad adulterium inducere conetur (15 sq.); defixiones quoque adhibebantur

---

[1]) Plato Rp. II, 364 BC. Leg. XI, 933 B. Tac. Ann. II, 69. III, 13. Plin. N. h. XXVIII, 2, 19. W. N. Fl. p. 237.

[2]) Wachsmuth, Rh. M. XVIII (1863) p. 566. Buecheler, Rh. M. XXXIII (1878) p. 3. Weckerling, Die röm. Abt. des Paulus-Museums der Stadt Worms II (1887) p. 67 sqq. (de Aud. 96). Kuhnert, Rh. M. IL (1894) p. 49, 9, apud Pauly-Wiss. IV. 2377. W. 102. 103 (s. IV a. Chr. Wilh. p. 112 sq. 122 sqq.) 107b (s. IV a. Chr.). W. praef. p. II sqq. XXIX a. W. Seth. p. 71 sq. W. N. Fl. p. 259 sq. Aud. 96. 97 (s. I/II p. Chr. Germania). Aud. praef. p. LXXXVIII sqq. CX sqq. Grenier, Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 57. v. Premerstein. l. l. p. 193. 196 sq. W. Deis. p. 37 sq.

[3]) Aud. 90 (Moesia s. IV a. Chr.). Aud. 87 (Corcyra) 88. 89 Moesia) 92 (Chers. Taurica) s. III a. Chr.). tab. Atticae (s. III a. Chr.). Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. d. Herzegowina X (1907) p. 375 sqq. tab. Attica (s. II a. Chr. Ἐφ. ἀρχ. 1903, p. 56. 57, 3. 59, 5.) Aud. 52 (s. III/II a. Chr. cf. W. Seth. p. 72, 1; Attica). Aud. 81 (Tanagra) 84 (Thebae . . . καταγράφω . . .) (s. II a. Chr.). Aud. 14 (Phrygia) 43. 44 (Megara) (s. II/I a. Chr.). (cf. Ziebarth, Nachr. d. Gött. Ges. d. W. 1899 p. 125). Aud. 196 (Cumae); tab. item quoque Cumis inventa et a Buecheler edita Rh. Mus. LXII (1907) p. 554 (s. I a. Chr.). Aud. 111/2 (Aquitania); v. Premerstein, Fluchtäfelchen mit Liebeszauber aus Poetovio: l. l. p. 193. 195 (s. II p. Chr.). Aud. 15 (Syria; v. 56 τὴν ἐμὴν γραφήν) (s. III p. Chr.). Aud. 190 (Minturnae). W. Deis. p. 36. 41.

[4]) Aud. 212 (Bruttium s. III a. Chr.). Aud. 1—13 (Cnidus s. II/I a. Chr.). cf. Wachsmuth, Rh. M. XVIII (1863) p. 568 sq. W. praef. p. X a. XII b. Ziebarth, Nachr. d. Gött. Ges. d. W. 1899 p. 126. Aud. 106 (Brit. s. I p. Chr.) cf. W. praef. p. XXIX a. b. Aud. 122 (Hisp.). cf. devotionem in lapide aetate hellenistica incisam, quae in Maeonia detecta est: Zingerle, Jahresh. d. österr. arch. Inst. VIII (1905) p. 143 sq.

saepissime in calumniatores[1]) et adulteros aemulosve.[2]) Odium suum fore implacabile aeternumque magis quam contraria in rerum natura quaedam (31 sqq.) ac discordiam Eteoclis Polynicisque flammas etiam in >pyra< separantem (35 sq.) affirmat poeta illo loco *ἀδύνατα* poetarum Alexandrinorum imitatus,[3]) altero exemplo Callimachum ipsum (fr. 464 Schn.) ut Trist. V, 5, 33 sqq. secutus.[4])

Petit inimicum, cuius nomen adhuc celat, versu elegiaco (45 sqq.), carmine iambico vero se illum, nisi facinoribus destiterit, acerbitate aperta ac vere Archilochea persecuturum esse minatur (53 sqq. 644):

Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin,
hoc ego devoveo teque tuosque modo.

Inde sequitur, ut Callimachi quoque Ibis carmen — *ποίημα* ut ait Suidas — elegiacum fuerit. Neque vero Ovidius versibus in inimicum devovendum adhibitis ab usu defixionum vulgari dissentit; sunt enim, quae, ut vis magica augeatur, numeris herois,[5]) elegiacis,[6]) iambicis[7]) ornatae sint.

---

[1]) *γλῶττα*: W. 49. 50. 57 (Wilh. p. 115) 66. 87. 89b. 95 (Wilh. p. 119). 107. Aud. 50 (Athenae) 69 (Attica) (s. IV a. Chr.). Aud. 49 (Athenae s. IV/III a. Chr.) W. 52. 53. 54. 56. 58. 68. 74. 75b. 79. 82. 84. 86. 93. 94. 96. 97. 98. 105. 106b. 120. 123. 137. Aud. 66 (Attica) 87 (Corcyra). tab. Attica Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien und der Herzegowina X (1907) p. 376 sq. (s. III a. Chr.). Aud. 52 (Attica s. III/II a. Chr.). W. 60. 61. 88. 90. Aud. 81 (Tanagra) (s. II a. Chr.). Aud. 1—4 (Cnidus s. II/I a. Chr.). Aud. 192 (Capua s. I a. Chr.). Aud. 98 (Germania s. I/II p. Chr.). Aud. 216—222. 224. 303 (Carthago s. II/III p. Chr.). Aud. 47 (Piraeus). W. praef. p. Va. Wünsch, Phil. LXI (1902) p. 30. Münsterberg, Zu d. att. Fluchtafeln: Jahresh. d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 144.

[2]) Aud. 5. 10 (Cnidus s. II/I a. Chr.). Aud. 191 (Cales s. I p. Chr.). cf. Buecheler, apud Ihm Rh. M. LVII (1902) p. 317. Aud. 40 (Amorgus). cf. Homolle, B. de corr. hell. XXV (1901) p. 419, 2. Tab. Poetoviensis cf. v. Premerstein, Jahresh. d. österr. arch. Inst. IX (1906) p. 197 sq. Aud. 100. 103 (Germania s. II p. Chr.). Aud. 198 (Cumae s. II/III p. Chr.). Aud. 265 (Hadrumetum s. III p.). cf. devotionem Actae libertae in ara marmorea insculptam CIL VI, 20905.

[3]) *Ἀδύνατα* talia ex natura imprimis assumpta etsi apud poetas Graecorum antiquos non desunt (Achil. fr. 74, 6 sqq. Bgk.[4] Eurip. Med. 410 sq.), praecipue inserta sunt a poetis aevi Alexandrini (Theocr. 1, 132 sqq. 4, 11. 5, 136 sq. A. Pal. IX, 380), quos secuti sunt poetae Latini saeculi I (Lucr. III, 6 sqq. 781 sqq. Cat. 61, 206 sqq. Verg. Ecl. 1, 59 sqq. 3, 91. 8, 52 sqq. Hor. Epod. 16, 31 sqq. Prop. I, 15,29 sqq. II, 15,31 sqq. 32,49 sqq. III, 19,5 sqq. Ovidius ipse Her. 5, 29 sqq. A. a. I, 747 sqq., hoc loco et infra v. 197 sqq.) eaque imprimis in diris, quod cognoscimus ex Vergilii Diris 3 sqq.

[4]) Wolff, apud Roscher M. L. III, 2679, 28 sqq. Wolff, Polyneikes (Progr. Chemnitz 1906) p. 26. cf. infra p. 25. 31.

[5]) Aud. 81 (Tanagra s. II a. Chr.) (cf. W. praef. p. VIII). Aud. 79 (Attica s. II p. Chr.). Aud. 22 sqq. (Cyprus s. III p. Chr.) (cf. W. praef. p. XXI). Wünsch, Rh. M. LV (1900) p. 73 sqq. (de phylacterio Cretico s. IV/III a. Chr.).

[6]) W. 108 (s. III a. Chr.).

>Devoveo teque tuosque.< Defixionum est proprium tradere perniciei non solum inimicum, sed etiam illius propinquos, imprimis uxorem liberosque, et amicos.[1])

Veritus autem, ne vis devotionis nomine Ibidis ficto (51 sqq.) minuatur, postea (93 sqq.) premit Ovidius:

Neve minus noceant fictum execrantia nomen
vota, minus magnos commoveantve deos,
illum ego devoveo, quem mens intellegit, Ibin.

In defixionibus enim vel maxime opus erat adversarii nomine accuratissime adducto;[2]) quamobrem additur nomen patris ex titulorum Atticorum consuetudine[3]) vel saepius nomen matris,[4]) quod ut hominum humili loco natorum pater saepe incertus, mater certa est; vel pagi patriaeve significatio[5]) vel alterum illius nomen*) adiungitur, vel

---

[7]) Aud. 210 (Salernum s. II p. Chr.) (Buecheler, Carm. Lat. epigr. I, 205). Rhythmus quidam metricus latet in W. 90 b (s. II a. Chr.). cf. devotionem Actae libertae in ara marmorea CIL VI, 20905; Buecheler, l. l. I, 95.

[1]) W. 47. 48. 87. 101. 55. 57. 102 (Wilh. p. 107 sq. 115. 112 sq.). Aud. 39 (Melus) 50 (Athenae) 60. 61. 68 (Attica) 90 (Moesia) (s. IV a. Chr.). Aud. 46 (Piraeus) 49 (Athenae) (s. IV/III a. Chr.). W. 69. 75 b. 77. 84. 105. 116. 158. Aud. 67 (Attica) 92 (Chers. Taurica) (s. III a. Chr.). W. 76. Aud. 193 (Capua) (s. II a. Chr.). Aud. 4 A (Cnidus) (cf. Wachsmuth, Rh. M. XVIII (1863) p. 571, 44) 6 B (Cnidus) 209 (V, 10) (Puteoli) (cf. Planta, Gr. der osk.-umbr. Dial. II, p. 621, 1) (s. II/I a. Chr.). Aud. 199 (Cumae s. I a. Chr.). Aud. 98. 101 (Germ. s. I/II p. Chr.). (cf. Adami, Rh. M. LVIII (1903) p. 158. Def. Amorgi (a. 14; s. II p. Chr.) (cf. Bull. de corr. hell. XXV (1901) p. 428, 2). Aud. 208 (Puteoli s. II/III p. Chr.). Aud. 140 (Roma s. IV/V p. Chr.). defixiones Bologneses n. 1. 3 (Studi it. di fil. class. VII (1899) p. 193 sqq.). Aud. 46. 47 (Piraeus). W. praef. p. V b. W. Seth. p. 71. Aud. praef. p. XCII, 4.

[2]) Tac. Ann. II, 69. Wachsmuth, Rh. M. XVIII (1863) p. 568. W. praef. p. IV b. V a. XXIX a. XXX a. Aud. praef. XLIX sqq. W. N. Fl. p. 63 (n. 5) 262 (v. 11 sq.). Aud. 96 a. 97 a. 100 a. (Germania s. I/II p. Chr.): >nomina data ad inferos< in parte exteriore epistulae plumbeae inscriptum est. Wünsch, Berl. Phil. Wochenschrift 1905 p. 1073. Gruppe, Gr. Myth. 883, 4. Wünsch, Phil. LXI (1902) p. 28. Pap. Anastasy v. 309 sqq. 358 sq. (W. praef. p. XXX). Fahz, De poetarum Romanorum doctrina magica (Giss. 1904) (Religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten II, 3) p. 23 sqq.

[3]) W. 42. 55. 95. 102. 103 (Wilh. p. 114. 107 sq. 119. 112 sq. 122 sqq.). Aud. 53 (Attica). Tab. Attica (Wilh. p. 121) (s. IV a. Chr.). W. 12. 29. 56. 84 (s. III a. Chr.). W. 60 b. 61 (s. II a. Chr.). tab. Cumana (s. I a. Chr. Buecheler, Rh. M. LXII (1907) p. 555). Aud. 198 (Cumae) 228. 237 (Carthago) (s. II/III p. Chr.). Aud. 140 (Roma s. IV/V p. Chr.) (cf. W. Seth. 1, 16 adn.). Aud. p. 201 p. LXXVII, 1. 2. W. Deis. p. 36 sq.

[4]) cf. infra p. 22, 1.

[5]) W. 42. 55. 95 b. (Wilh. p. 114. 107 sq. 119) 49. 50. 100 b. Tab. Attica (Wilh. p. 122). Aud. 50 (Athenae) 62. 63 (Attica) (s. IV a. Chr.). W. 10. 11. 30. 72. 73. 81. 98. 142. Tab. Attica (Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. der Herzegowina X (1907) p. 377) (s. III a. Chr.). W. 60 a. (s. II a. Chr.). Aud. 140 (Roma s. IV/V p. Chr.). Aud. 86 (Boeotia).

officia condiciove[1]) commemoratur vel proprinquitas affinitasve[2]) vel vicinitas,[3]) ne ille, quem mens intellegit, perniciem effugiat. Saepius nomina repetuntur[4]) vel seorsum adscribuntur.[5])

Quin etiam multis in tabellis nil inest nisi nomina adversariorum[6]) vel nomina cum devovendi verbo solo coniuncta occurrunt.[7]) In

---

*) W. 87 (s. IV a. Chr.). Aud. 196 (Cumae s. I a. Chr.). Aud. 129 (Arretium) 275 (Hadrumetum) (s. II p. Chr.). Aud. 22. 27 (Cyprus s. III p. Chr.). Aud. 159/171 (Roma s. IV/V p. Chr.).

[1]) W. 87. Aud. 53 (Attica) (s. IV a. Chr.). Aud. 49 (Athenae s. IV/III a. Chr.). W. 4. 12. 30. 45. 68. 69. 72. 73. 85. Aud. 128 (Etruria) (s. III a. Chr.). Aud. 138 (Roma) 196 (Cumae) (s. I a. Chr.). Aud. 93 (Raetia s. I p. Chr.). Aud. 96. 101 (Germania s. I/II p. Chr.). Aud. 74 (Attica) 251 (Carthago) 275 (Hadr.) (s. II p. Chr.). Aud. 234/242 (Carthago) 276/284 (Hadr.) (s. II/III p. Chr.). Aud. 15. 16 (Syria) 25. 27 (Cyprus) 243. 248 (Carthago) 286 (Hadr.) (s. III p. Chr.). Aud. 140. 159/178. 187 (Roma s. IV/V p. Chr.). Def. Bologneses n. 1—4 (St. it. di fil. class. VII (1899) p. 193 sqq.). Aud. 123 (Liguria) 189 b. (Roma) 190 (Minturnae). W. Deis. p. 37 sqq. 40.

[2]) W. 87. Aud. 50 (Athenae) (s. IV a. Chr.). tab. Attica (s. III a. Chr. Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. der Herzegowina X (1907) p. 377). W. 46 (Roma s. II a. Chr.). Aud. 138 (Roma s. I a. Chr.). Aud. 101. 103 (Germania s. I/II p. Chr.). Aud. 190 (Minturnae).

[3]) W. 87 (s. IV a. Chr.).

[4]) W. 55 (Wilh. p. 107 sq.) 103 (Wilh. p. 122 sqq.). tab. Attica (Wilh. p. 121) (s. IV a. Chr.). Aud. 302 (Cumae s. IV/III a. Chr.) W. 21. 52. 63. 64. 77. 91. 98 (s. III a. Chr.). W. 31. Aud. 193 (Capua); cf. Buecheler, Rh. M. XXXIII (1878) p. 45 (s. II a. Chr.). Aud. 139 (Roma s. I a. Chr.). Aud. 249. 253 (Carthago) 270 (Hadr.) (s. II p. Chr.). Aud. 198 (Cumae) 234/240. 241. 247. 252. 255 (Carthago) 266. 267. 269. 275/279. 282. 283. 284. 285. 304 (Hadr.) (s. II/III p. Chr.). Grenier, Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 55 sq. (Hadr. s. II/III p.). Aud. 15. 16 (Syria) 22 sqq. (Cyprus) 248. 250 (Carthago) 271. 295 (Hadr.) (s. III p. Chr.). Aud. 140. 141. 155. 156. 159/169 (Roma s. IV/V p. Chr.). Aud. 51 (Athenae) 188. 189 (Roma) 200/7 (Puteoli). W. Deis. p. 38.

[5]) Aud. 89 a. (Moesia) 92 a. (Chers. Taurica) (s. III a. Chr.). Aud. 52 (Attica s. III/II a. Chr.). Aud. 234, 30 sqq. 237, 4. 5 (Carthago) 285. 286/289. 293. 294 (Hadr.) (s. II/III p. Chr.). Aud. 140. 159. 160. 161. 165 (Roma s. IV/V p. Chr.). Defixiones Bologneses 1. 3. 4 (St. it. di fil. class. VII (1899) p. 193 sqq.

[6]) W. 26. 38 (Wilh. p. 120). Aud. 45 (Piraeus) (s. V a. Chr.). Aud. 53 60/3 (Attica) 90 (Moesia) tab. Attica (Wilh. p. 122; Stryd Ἐφ. ἀρχ. 1903, p. 58, 4) (s. IV a. Chr.). Aud. 46 (Piraeus s. IV/III a. Chr.). W. 1—25. 27—30. 32—34. 35. 36 (Wilh. p. 108 sq.) 37. 39. 117. 169. 185. Tab. Attica (Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. der Herzegowina X (1907) p. 375). Aud. 54—59 (Attica) 88 (Olbia). Tab. Olbiensis (Bull. de la société nationale des antiquaires de France 1905 p. 312 sq.) (s. III a. Chr.). W. 31 (s. II a. Chr.). Aud. 209 (Puteoli s. II/I a. Chr.). Aud. 211 (Lucania s. I a. Chr.). Aud. 94. 96 (Germania s. I/II p. Chr.). Aud. 107 (Gallia Belgica s. II p. Chr.). Aud. 215. 232. 255 (Carthago) 263 (Hadr.). Grenier, Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 61 (Hadr.) (s. II/III p. Chr.). Aud. 141 (Roma s. IV/V p. Chr.). Aud. 123 (Liguria) 130 (Perusia) 131 (Picenum) 132 (Marruvium) 200/7 (Puteoli). W. praef. p. V a. XXIX a. W. Seth. p. 71. Aud. praef. p. XCI, 6. W. Deis. 36 sq.

[7]) W. 42. 65 (Wilh. p. 114) 101 (s. IV a. Chr.). W. 40. 41. 43/6. 119 (s. III a. Chr.). Aud. 14 (Phrygia s. II/I a. Chr.). Tabella Cumana (s. I a. Chr. Buecheler,

nonnullis tabellis, in quibus singulari quadam ratione id agitur, ne legi possint, nomina sola dilucide scripta sunt[1]) vel sola sinistrorsum.[2]) Sua vero nomina ei, qui defigebant, in universum exceptis tabulis amatoriis silentio premere solebant.[3])

Cum acerbitate atque dissimulatione monet poeta (65 sq.), ut hae dirae d i e n a t a l i et K a l. J a n. ei l e g a n t u r, quibus diebus homines inter se fausta feliciaque donare optareque soleant (cf. Rieß apud Pauly-Wiss. I, 45, 31 sqq.); eadem irrisio latet in defixione (Aud. 137 s. II/I a. Chr.) in ventre lucernae fictilis Romae inventae atramento scripta (Rieß, Rh. M. IL (1894) p. 183, 1). >Helenus suom nomen eimferis mandat, stipem strenam lumen suom secum defert; ne quis eum solvat nisi nos qui fecimus<, quam Preller (Arch. Zeitung XIX (1861) p. 167 sq.) ita est interpretatus: Der Ausdruck stipem strenam deutet auf ein Neujahrsgeschenk (Ov. Fast. I, 189. Suet. (Cal. 42) . . . bei welcher Gelegenheit eine brennende Lampe mit glückverheißender Inschrift oder entsprechenden Bildern und Zeichen etwas Gewöhnliches war. Also hier das finstere Gegenteil von diesem heiteren und bedeutungsvollen Gebrauch; denn sollte das Licht der brennenden Lampe sonst Segen und Freude ausdrücken, das blühende Leben des vitalen Genius, so wird hier eben dieses lumen in den Abgrund der Hölle und zu den Geistern der Abgeschiedenen beschworen. Steuding autem censet (apud Roscher, M. L. II, 258, 36): Eine Lampe mit Devotionsinschrift deutet auf den Brauch, daß eine solche als symbolischer Ausdruck für das Lebenslicht des Verfluchten ausgelöscht wurde. Parem dissimulationem cognoscimus in devotione, quam homo Euboicus in basi canthari ad vitae gaudia magis apti in tumulo abditi inscripsit (*Ἐφ. ἀρχ.* 1902, p. 113 sqq. n. 10).

Tum (67 sqq.) Ovidius cum elatione ac vi orationis invocat rite et recte deos maris et terrae et caeli, quos cum dicit meliora illis tenere regna, ad Callimachi sententiam, quam ille hym. I, 58 sqq. defendit, se applicat, deinde tellurem, aequor, aethera ipsum, tum sidera, solem, lunam, tum Noctem, Parcas, Stygem, Furias, quae in Orco sedent, tum faunos, satiros, lares >plebem superum<, flumina, nymphas semideumque genus, denique omnes divos veteresque novos-

---

Rh. M. LXII (1907) p. 555). Aud. 101 (Germania s. I/II p. Chr.). Aud. 264. 273. 274. 275/284 (Hadr. s. II/III p. Chr.).

[1]) W. 110/2 (s. III a. Chr.).

[2]) W. Deis. p. 44 (s. IV p. Chr.).

[3]) cf. M ü n s t e r b e r g, Jahresh. d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 143, 7. Wiss. Mitt. aus Bosnien u. der Herzegowina X (1907) p. 377.

que, ne quis omittatur neve irritum cadat incantamentum ipsum.[1]) Omnia fere haec numina occurrunt in defixionibus quoque.[2]) Quae

---

[1]) cf. Wachsmuth, Rh. M. XVIII (1863) p. 573, 57. Buecheler, Rh. M. XXXIII (1878) p. 73.

[2]) *Οἱ ἀπὸ Κρόνου ἐκτεθέντες θεοί*: Aud. 22/24. 29/31. 33. 35. (Cyprus s. III p. Chr.) cf. Aud. praef. p. LXII. *Κρόνος* ipse in ostraco (s. III/IV p. Chr. Arch. f. Pap.-F. II (1902) p. 173). *Ζεύς*: Aud. 7 a 12 (Caria s. II/I a. Chr.). *Μήτηρ θεῶν*: Aud. 72 (Attica s. III a. Chr.). 79 (Attica s. II p. Chr.). Latona: W. praef. p. XXb. Di inferi: Wachsmuth, Rh. M. XVIII (1863) p. 565 sqq. Steuding, apud Roscher M. L. II, 258. W. praef. IIa. IVb. VI. XXb. XXIX. W. Seth. p. 71. 96. Wünsch, Phil. LXI (1902) p. 29. W. 99 (s. III a. Chr.). 102 (s. IV a. Chr. Wilh. p. 112 sq.). Aud. praef. p. LX sqq. CXI. Aud. ind. p. 461 b. 462 a. 463 a. b. 464 a.b. v. Premerstein, Jahresh. d. österr. arch. Inst. IX (1906) p. 193. 196 sq. Pluto: Wachsmuth, l. l. p. 565. W. praef. p. VIb. XIIb. XXa.b. XXIXb. W. Seth. p. 72. Aud. praef. p. XCII. LX. Aud. ind. 461 b. 462 a. 463 ab. 464 ab. W. 102 (s. IV a. Chr. Wilh. p. 112 sq.). 99 (s. III a. Chr., W. praef. p. XXb.) W. Deis. p. 38. Proserpina: W. praef. p. VIb. XIIb. XXa. W. Seth. p. 72. W. 101. 102. (cf. Wilh. p. 112 sq.). 103 (Wilh. p. 122 sqq.) (s. IV a. Chr.). Aud. praef. p. LXI. XCIII. Aud. ind. p. 461 a.b. 462 a.b. 463 a.b. 464 b. Pap. Paris. v. 337 (Aud. praef. p. L XXXV). W. Deis. p. 41 sqq. 44. Ceres: Buecheler, Rh. M. XXXIII (1878) p. 6 sq. W. praef. p. XIIb. Aud. praef. p. LXI. XCIII. CXVI. Aud. ind. p. 461 a. 463 a.b. Homolle, B. d. corr. hell. XXV (1901) p. 420 sq. Hecate: W. praef p. VIb. XXa.b. W. Seth. p. 72. W. 107 (s. IV a. Chr.). W. 104/6. 108 (s. III a. Chr.). Aud. praef. p. LXI. XCIII. Aud. ind. p. 461 b. 462 b. 463 a. b. 464 a. cf. W. A. Z. P. p. 11 sqq. 22 sqq. 44 sq. Mercurius: W. praef. p. VIa. XXa. W. Seth. 72. W. 87. 89. 95 (Wilh. p. 119). 100. 101. 102 (Wilh. p. 112 sq.). 103 (Wilh. p. 122 sqq.) 107. Tab. Attica (Wilh. p. 121. Stryd. *Ἐφ. ἀρχ.* 1903, p. 60) (s. IV a. Chr.). Aud. 79/86. 91/7. 105. 106. 109. 161. 162 (s. III a. Chr.). Aud. 88. 90 (s. II a. Chr.). Aud. praef. p. LXI. XCII. Aud. ind. p. 462 a.b. 464 a.b. Pap. Paris. v. 338 (Aud. praef. p. LXXXV). W. A. Z. P. p. 27 sq. W. Deis. p. 19 sqq. Gruppe Gr. Myth. p. 1320, 8. 9. 1321, 1. 1337, 3. Charon: Grenier, Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 55. 59 sq. (tab. Hadr. s. II/III p. Chr.). *Δίκη*: W. 103 (s. IV a. Chr., Wilh. p. 22 sqq.). *Τηθύς*: Aud. praef. p. LXII. Aud. 68 b 6 (Attica s. IV a. Chr.). *Πραξιδίκαι*: W. praef. p. VIb. W. 109 (s. III a. Chr). W. Seth. p. 72. Aud. praef. p. XCIII. *Κέρβερος*: Aud. 74. 75 (Attica s. II p. Chr.). *Εἴαχχος*: Aud. 76 (Attica s. III a. Chr.?). tellus: Lenormant, Rh. M. IX (1853) p. 376. W. praef. p. VIa. XXa.b. W. Seth. p. 72. W. 100. 101 (s. IV a. Chr.). 98. 99 (s. III a. Chr.). Aud. praef. p. LXII. XCIII. Aud. ind. p. 461 b. 462 a.b. 464 a.b. aequor: Aud. 268 (Hadr. s. II p. Chr.). aether: Aud. 268 (Hadr. s. II p. Chr.). luna: Aud. praef. p. LXII. Aud. 41 (Megara s. I/II p. Chr.). nox: Aud. 198 (Camp. s. II/III p. Chr. CIG. III, 5858 b). Parcae: Aud. praef. p. XCIII. Aud. 74. 75 (Attica s. II p. Chr.). Styx: Aud. 78 (*Ἀχέρων*: Attica s. III a. Chr.?). Furiae: W. praef. p. VIb. XXIb. W. Seth. p. 72. W. 108 (s. III a. Chr.). Aud. praef. p. LXI. XCIII. Aud. ind. p. 462 a.b. cf. W. A. Z. P p. 25. flumina: W. praef. p. XXIXa. nymphae: Zangemeister, H. XV (1880) p. 594. W. praef. p. XXIXa. Aud. praef. p. CXVI sq. Aud. 129 (Etruria s. II p. Chr.). 104 (Brit. s. II/III p. Chr.) (cf. Aud. p. 158). Aud. 110 (Aquitania s. III/IV p. Chr.). Divi veteresque novique: *θεοὶ πάντες καὶ πᾶσαι*: Aud. praef. p. LXII. Aud. 72 (Attica s. III a. Chr.). Aud. 1/5. 7. 9. 10. 12. 13 (Caria s. II/I a. Chr.). Aud. 74. 75 (Attica s. II p. Chr.). Althaea: W. praef. p. XXb. *Ἀνάγκη*: W. Seth. p. 72, 2. 94 sqq. Aud. ind. p. 461 b. *Ἀγαθὴ Τύχη*: tab. Attica (s. IV a. Chr., Wilh. p. 121). Münsterberg, Jahresh.

preces, quia illae quidem satis productae, vacuae autem nominibus peregrinis arcanisque sunt, consuetudinem nondum depravatam defixionum illius aetatis imitatae medium locum tenent inter devotiones saeculorum priorum, quae saepius nil continent nisi nomina adversariorum (cf. supra p. 11, 6) vel nomina cum brevi exsecratione coniuncta (cf. supra p. 11, 7), vel puram religionem imprimis in Attica prae se ferentes paucos adeunt deos,[1]) et incantamenta illa saeculorum posteriorum, quae nominibus daemonum et numinum barbarorum, imprimis Aegyptiorum et Hebraeorum, et formulis signisque mysticis magorum refertissima sunt.[2]) Carminibus suis diris

---

d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 144. Devus Nodens: Aud. 106 (Brit. s. I p. Chr. Wünsch praef. p. XXIXb. Aud. praef p. XCIII). Caticatona Dibona Imona: Aud. 110 (Aquit. s. III/IV p. Chr. Aud. praef. p. XCIII). Dea Ataecina Turibrigensis Propupina: Aud. 122 (Hispania) (Aud. praef. p. XCIII). Dea Punica: Aud. 213 (Carth. s. II a. Chr.). Magnum Caos: Aud. 251 (Carth. s. II p. Chr.).

[1]) W. praef. p. XXb. Aud. praef. p. LXIII, 2. Münsterberg, Jahresh. (d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 144. W. 87. 89. 95 (Wilh. p. 119). 100/3 (Wilh. p. 112sq. 122sqq.) 107. Aud. 39 (Melus) 50 (Athenae) (s. IV a. Chr.). W. 79/86. 91/4. 96. 99. 104/6. 108. 109. 161. 162. Aud. 67/9. 72. 73. 76 (Attica). 212. (Bruttium, cf. Ziebarth, Sitzungsb. d. Gött. G. d. W. 1899, p. 123) (s. III a. Chr.). Aud. 52 (Attica s. III/II a. Chr.). W. 88. 90. Aud. 81 (Tanagra). 193 (Capua, cf. Buecheler, Rh. M. XXXIII (1878) p. 6sq. 75sq.) (s. II a. Chr.). Aud. 1/13 Caria, cf. Wachsmuth, Rh. M. XVIII (1863) p. 573sq.). 43/4 (Megara) (s. II/I a. Chr.). Aud. 137/9 (Roma). 199 (Cumae, cf. W. N. Fl. p. 239) (s. I a. Chr.). Aud. 93 (Raetia). 106 (Britannia). 122 (Hisp.). 191 (Cales) (s. I p. Chr.). Aud. 95/8. 100. 101 (Germania s. I/II p. Chr.). Recentioribus quoque sacculis defixiones simplices exarari non desitae sunt: Aud. 74. 75 (Attica). 129 (Etruria) def. amatoria Poetoviensis (Jahresh. d. österr. arch. Inst. IX (1906) p. 196sq.) (s. II p. Chr.). Aud. 104 (Britannia cf. Zangemeister, H., XV (1880) p. 594. Aud. p. 158). 217/222. 228 (Carthago) (s. II/III p. Chr.). Aud. 110 (Gallia s. III/IV p. Chr.).

[2]) Wachsmuth, Rh. M. XVIII (1863) p. 566sq. Zündel, Aegypt. Glossen: Rh. M. XIX (1864) p. 492sqq. Franz, CI G III, 5858b. Deißmann, Bibelstudien (1895) p. 35sqq. 52sqq. W. praef. p. XIIIa. XXa.b. XXIa.b. XXIIa.b. XXIIIa. XXIXb. XXXIIb. W. Seth. p. 81sqq. 93sqq. W.N.Fl. p. 254sqq. 263sqq. W. Antike Fluchtafeln (Bonn 1907). Rohde, Psyche II, 412. 424sq.²: Aud. praef. p. LXII. LXXIV. XCIIIsq. Csq. ind. p. 465sqq. cf. Schulten, de Aud.: Lit. Cbl. 1905 p. 550. Grenier, Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 55. 59. 60 (Hadrumetum s. II/III p. Chr.). Gruppe, Gr. Myth. 760,7/761,8. 883, 6. 7. 884, 1. 2. 885, 1. Wilcken, Hellenen u. Barbaren: N. Jahrb. IX (1906) p. 469. Exempla pauca eligantur: Aud. 41 (Megara s. I/II p. Chr.: *λόγοις Ἑκατικίοις καὶ ὁρκίσμασίτε ἀβραϊκοῖς*). Aud. 79 (Attica s. II p. Chr. *Ἄνουβις*). Aud. 270 (Hadr. s. II p. Chr.). Aud. 188 (Roma s. II/III p. Chr.) (*Ὄσιρις* cf. W. praef. p. XXb. XXIIa.b. XXIXb.). Aud. 188 (Latium s. II/III p. Chr). 198 (Camp. s. II/III p. Chr.). 163 (Roma s. IV/V p. Chr.). Pap. Leid. (W. praef. p. XXXI) (*Τυφῶν Σήθ*). Tab. Hadrumetana (s. II/III p. Chr. Bull. de la société nat. des antiquaires de France 1905 p. 291sqq.: *Ἰάω Σαβαώθ*, cf. Schürer, Gesch. des jüd. V. III 298. 302sq. Höfer, apud Roscher, M. L., IV, 229sqq. Aud. 222 (Carth. s. II/III p. Chr. Di Manes). Aud. 97 (cf. W. Berl. Phil. W. 1905 p. 1075). 101 (Germania s. I/II p. Chr.). Aud. 16 (Syria s. III

omnino annuant dei (85 sqq.), plus calamitatum patiatur ille quam excogitari possit, neve vis exsecrationis frangatur nomine adversarii celato (93 sqq.); necesse vero fuisse nomen illud accuratissime adduci supra (p. 10 sqq.) exposuimus. Ut supra v. 35 sq. (p. 9, 4) historia Eteoclis Polynicisque, sic hoc loco ex improviso docto exemplo carmen ornat, cum optat (89 sq.), ne carmina sua minus valeant quam verba illa, *ἀραί*, generi Pasiphaes, in animo habens ut supra certo, sic hoc loco verisimilius Callimachum, qui de Hippolyti exitu fabulam (fr. 7) composuit, quae ab Ilberg (apud Roscher, M. L., III, 2223, 29 sqq.) non erat in dubium vocanda, vel Euripidis de Hippolyto tragoediam illam praeclarissimam (v. 887 sqq.) (cf. Rohde, Gr. Roman p. 101, 5. 34 sq.[1]) ut Met. XV, 497 sqq. Fast. VI, 737 sqq. (cf. Sauer, apud Roscher, M. L., s. H. Gruppe Gr. Myth. 606, 2).

Tum se cogitatione depingit quasi sacerdotem ad hostiam Ibidis diram sacrificandam homines convocantem (97 sqq.). Defixiones quoque dirae imprecationes, dira carmina vocantur, *ἐπῳδαί, λόγοι,* cantiones[1]) et certis formulis plerumque compositae[2]) abundant verbis ac sententiis ritu carminum sacrorum gravitatis religionisque augendae causa repetitis,[3]) quam consuetudinem Ovidius quoque

---

p. Chr.). 155. 162 (Roma s. IV/V p. Chr.). W. Seth. p. 97 sq. (daemones *πάρεδροι*). Pap. Anastasy v. 332 sqq. (W. praef. p. XXX sq). Pap. Paris. v. 335 sqq. (And. praef. p. LXXXV sq.). W. A. Z. P. p. 18. 30 sq. 35 sqq. W. Deis. p. 37 sqq. 41 sqq. Dedo, De antiquorum superstitione amatoria (Gryphiae 1904) p. 33 sq. Tamborino, De antiquorum daemonismo = Relig. Vers. u. Vorarbeiten VII (1909) p. 73 sqq. de imaginibus daemonum cf. W. Seth. p. 102 sq. Aud. praef. p. C sq.

[1]) Aud. praef. p. LIV. Fahz l. l. p. 32 sqq. Dedo l. l. p. 27 sqq. Kuhnert apud Pauly-Wiss. IV, 2376, 49 sqq.

[2]) Rieß apud Pauly-Wiss. I, 88, 42 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 884, 1. tab. Attica (s. III a. Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. der Herzegowina X (1907) p. 376 sq.). *Ὄλβιος, ᾧ κατάδεσμα ἐδαθῇ* = Selig ist zu preisen, der die zwingenden Zauberformeln kennt. scriptum exstat in tabella Cretica (v. 13. s. IV a. Chr. W. N. Fl. p. 73 sqq. p. 80 sq.).

[3]) W. 49. 51. 55 (Wilh. p. 107 sq.) 89. 107. Aud. 50 (Athenae) (s. IV a. Chr.). Aud. 49 (Athenae) 302 (Cumae) (s. IV/III a. Chr.). W. 21. 34. 52/4. 63. 64. 68. 70. 75. 77. 79. 80. 82. 84. 91. 93. 97. 105. 106. 119. Aud. 67/9 (Attica) 212 (Bruttium) tab. Attica (Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. der Herzegowina X (1907) p. 376 sqq.) (s. III a. Chr.). W. 31. 60. 62. 88. Aud. 81 (Tanagra) 84 (Thebae) 193 (Capua cf. Buecheler, Rh. M. XXXIII (1878) p. 45 sq. 67) (s. II a. Chr.). Aud. 3 a. b. 4 a. b. 5. 6 a. b. (Caria s. II/I a. Chr.) (cf. Deißmann, Rachegebet von Rheneia (s. II/I a. Chr.): Phil. LXI (1902) p. 252 sqq. 262, 32). Aud. 192 (Capua s. I a. Chr. cf. Buecheler l. l. p. 4 sq.). Aud. 100. 103 (Germania s. I/II p. Chr.). Aud. 40 (Amorgus cf. Homolle, B. d. corr. hell. XXV (1901) p. 412 sqq.) 111, 11 sqq. 112, 9 sqq. (Aquitania) 129 (Etruria) 249 a. b. 251. 253 (Carth.) 270. 275 (Hadr.) (s. II p. Chr.). Aud. 198. 208 (Camp.) 227. 228 a. b. 229. 234/241. 247. 252. 254. 255. 303 (Carth.) (s. II/III p. Chr.). Aud. 266. 267. 272/4. 276/284. 288.

v. 98 sq. imitatur. Defixiones ipsae pleraeque a sacerdotibus inferioris loci i. e. a magis[1]) formularum ambagumque peritissimis mandatu hominum laesorum exaratae sunt vel ab hominibus offensis ipsis secundum libros magicos; unde explicatur, quod saepius sententiae tabellarum clam scriptarum et depositarum mirum in modum inter se congruunt.[2])

Plerumque in defixionibus adversarius ut hostia sacra dis inferis mandatur, traditur, *δεῖται,* ligatur etc.,[3]) *καταδῶ πρὸς τὸν Ἑρμῆν χθόνιον καὶ οὐκ ἀναλύω* (tab. Attica s. IV a. Chr. Wilh. p. 121 cf. Münsterberg, Jahresh. d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 144, 8), *κατάσχετε τὴν δεῖνα* (W. Deis. p. 38 sq.), *ἀνάθημα* sit (Aud. 41 [Megara s. I/II p. Chr.]); vel capilli eius,[4]) vel animalia[5]) pro illo dis inferis offeruntur. *Δαίμονες οἱ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ φοιτῶντες τελειώσατε τὴν πρᾶξιν ταύτην* (i. e. hanc caerimoniam magicam) scriptum exstat in

---

289. 291 a. b. 293 a. b. 294. 304. Bull. de la société nat. des antiquaires de France 1905, p. 293 sq. Grenier, Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 56 (Hadrumetum s. II/III p. Chr.). Aud. 15. 16 (Syria) 22 sqq. (Cyprus) 38 (Aegyptus) 248. 250 (Carth.) 271. 295 (Hadr.) (s. III p. Chr.). Aud. 187 (Roma s. III/IV p. Chr.). Aud. 140. 141. 151. 154/6. 158/169. 174. 180 (Roma s. IV/V p. Ch.). Aud. 300 (Cirta s. V/VI p. Chr.). Aud. 47. 51 (Attica) 188. 189 (Roma) 190 (Minturnae cf. Steuding apud Roscher, M. L. II, 259) 200/7 (Campania). def. in basi canthari Euboici scripta (Ἐφ. ἀρχ. 1902 p. 113 sq. n. 10). deff. Bologneses (St. it. di fil. class. VII (1899) p. 193 sqq.). Bull. de corr. hell. XXV (1901) p. 430 sqq. (lamina Amorgi s. III p. Chr.). Pap. Paris. s. 347 sqq. 356 sqq. 361 sqq. 370 sqq. 396 sqq. (Aud. praef. p. LXXXV sqq.). W. Deis. p. 38. 43 sqq.

[1]) Aud. 101 (Germania s. I/II p. Chr. cf. Aud. in comm.). Aud. 270, 25 sqq. (Hadr. s. II p. Chr.). Aud. 230 (Carth. s. II/III p. Chr. cf. Aud. in comm.). W. A. Z. P. p. 19. 47 sqq. W. N. Fl. p. 63 (de Aud. 53 [Attica s. IV a. Chr.]). W. Seth. p. 74 sqq. Aud. praef. p. XLIV sqq. W. Deis. p. 45.

[2]) W. 96. 97 (s. III a. Chr.). Aud. 1 sqq. (Cnidus s. II/I a. Chr.). Aud. 74. 75 (Attica s. II p. Chr.). Aud. 252. 253 (Carth. s. II p. Chr.). Aud. 234/240 (Carth. s. II/III p. Chr.). Aud. 272/4. 276/283. 286/294 (Hadr. s. II/III p. Chr.). Aud. 15. 16 (Syria) 22 sqq. (Cyprus) (s. III p. Chr.). Aud. 155 sqq. (Roma s. IV/V p. Chr.). W. N. Fl. p. 252 sq.

[3]) W. 102 (Wilh. p. 112 sq. s. IV a. Chr.). W. 96. 97. 99. 108 (s. III a. Chr.). Aud. 193 (Capua s. II a. Chr. v. 2. 11 (Pascal) cf. Buecheler, Rh. M. XXXIII (1878) p. 51 sq.). Aud. 138 (Roma s. I a. Chr. cf. Mommsen CIL I, 819). Aud. 74. 75 (Attica s. II p. Chr. *κατατίθημι* . . .). Aud. 129 (Arretium s. II p. Chr. demando desacrifico . . .). Aud. 248 (Carth. s. III p. Chr. trado . . .). Aud. 155. 156 (Roma s. IV/V p. Chr. *παραδίδωμι*). Aud. 86 (Boeotia *παρατίθημι* cf. W. N. Fl. p. 71). Pap. Anastasy v. 320 sq. (W. praef. p. XXX *καὶ δεσμεύων λέγε· καταδεσμεύω τὸν δεῖνα*). Rohde, Psyche II, 88, adn.[2]. Aud. praef. p. LV/LVIII. devotio Actae libertae adulterae CIL VI, 20905.

[4]) Aud. 210 (Salernum s. II p. Chr.). Aud. praef. p. LXXVI, 3. Gruppe, Gr. Myth. 882, 1/4.

[5]) Aud. 111/2 (Aquitania s. II p. Chr.) 222. 241 (Carthago s. II/III p. Chr.). Aud. praef. p. LXXXI. cf. Ov. Fast. II, 575 sqq.

lamina Alexandrina (Aud. 38 s. III p. Chr.). In tabella plumbea Puteolis effossa (s. II/III p. Chr.) (Aud. 208 cf. Wünsch, Antike Fluchtafeln 1907, n. 2) ara, in qua litterae magicae inscriptae sunt, depicta est. Tabella plumbea (s. I p. Chr.), quae ad viam Appiam eruta est, non solum devotione, sed etiam nomine adversarii caret, sex autem clavis et bis pugione vehementissime percussa est; procul dubio iam formula pronuntiata et vulneribus tabellae inflictis inimicus dis inferis immolari putabatur (Lohmeyer, Röm. Mitt. XX (1905) p. 165). In tabellis plumbeis quoque in Aquitania inventis (s. III/IV p. Chr. Aud. 109) cum desint omnino litterae, ad dictas, non ad scriptas defixiones referendas esse censet Wünsch (N. Fl. p. 268, 20): Quomodo haec lamina transfixa et mandata est dis inferis, sic transfigatur et mandetur dis inferis ille vel illa. Nec raro factum est, ut inimici effigies illa quidem sola clavo vel clavis perfossa dis inferis committeretur exsecratione addicta, non in tabella inscripta[1]) vel ut in effigie adversarii in tabella plumbea exarata devotio incideretur (Grenier, Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 57, 3 cf. tab. [Hadrumentum s. II/III p. Chr.]).

Incantamenta quoque illa scripta plerumque c l a v o,[2]) quod est symbolum Necessitatis Ἀνάγκης, transfixa sunt, ut perficiatur id, quod Ovidius his verbis tangit (88):

Et sit pars voti nulla caduca mei.

Q u i d q u i d m a l o r u m Ovidius imprecatur, in defixionibus quoque petitur, ut terra fruges, amnis undas, ventus afflatus deneget (107 sq.), ne terra neve mare iter praebeat (112),[3]) ut adversarius

---

[1]) Aud. 17 (Syria Palaestinensis s. II p. Chr. cf. W. Phil. LXI (1902) p. 30 sq.). Aud. 200/7 (Campania). Pap. Paris. v. 321 sqq. (Aud. praef. p. LXXXV. K u h n e r t, Rh. M. IL (1894) p. 40 sqq. 45 sqq. et apud Pauly-Wiss. IV, 2375, 11 sqq. Aud. praef. p. XLIII. LXXVII sqq. Ov. Am. III, 7, 29 sq. Her. 6, 91 sq. W ü n s c h, Rh. M. LVI (1901) p. 402 sq. (de Ov. Fast. II, 575: tunc cantata ligat cum fusco licia p l u m b o). W ü n s c h, Eine antike Rachepuppe (s. III a. Chr.): Phil. LXI (1902) p. 26 sqq. 30 sq. S c h u l t e n (de Aud.) Lit. Cb. 1905 p. 549 sq. G r u p p e, Gr. Myth. 883, 3. M ü n s t e r b e r g, Jahresh. d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 145. F a h z l. l. p. 19 sqq. D e d o l. l. p. 16 sqq. 20 sqq.

[2]) W. praef. p. III b. Phil. LXI (1902) p. 29. Aud. praef. p. LVI. A u d., Mél. Boissier (1903) p. 38. Ἐφ. ἀρχ. 1903 p. 56. 57. K u h n e r t apud Pauly-Wiss. IV, 2374, 11 sqq. H o m o l l e (de Aud. 40. Amorgus s. II p. Chr.). Bull. de corr. hell. XXV (1901) p. 413, 2. M ü n s t e r b e r g, Jahresh. des österr. arch. Inst. VII (1904) p. 142 sq. et Wiss. Mitt. aus Bosnien u. d. Herzegowina X (1907) p. 375 sqq. (de tribus tab. Atticis s. III a. Chr.). G r e n i e r, Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 57. v. P r e m e r s t e i n, Jahresh. d. österr. arch. Inst. IX (1906) p. 193. 195. W. A. Z. P. p. 43. W. Deis. p. 37 sq.

[3]) Aud. 84 (Thebae s. II a. Chr. cf. W. praef. p. VII). Def. Amorgi (a. 13) (s. II p. Chr. cf. Bull. d. corr. hell. XXV (1901) p. 426, 3.

sit exsul, despectus (113) vitam degat *ἐν ἀδοξίᾳ, ἀφανίᾳ, ἥττῃ, ἀτιμίᾳ* (W. 55. 107 [s. IV a. Chr. Wilh. p. 107 sq.]), *μὴ τράπεζαν ἱλαρὰν θύοιτο* i. e. una cum amicis (def. Amorgi a. 11 [s. II p. Chr. cf. Bulletin d. corr. hell. XXV (1901) p. 427, 1]), *κῦδος* amittat (W. 108 s. III a. Chr.), ut inops sit (113), *ἐν ἀργίᾳ καὶ ἀπορίᾳ* (W. 55 s. IV a. Chr. Wilh. p. 107 sq.), pereat *τέχνη καὶ ὄργανα* eius, *καὶ ἐργασία καὶ ἔργα καὶ πράξεις καὶ ἐργαστήριον καὶ καπηλεῖον καὶ ἐμπόριον καὶ κέρδος καὶ οἶκος καὶ συνοικία καὶ βίος* (victus) *καὶ εἴοδος καὶ ἀφορμὴ καὶ οὐσία καὶ κτῆσις καὶ κτήματα καὶ χρήματα καὶ ἅπαντα αὐτοῦ*, quaestus lucrumque,[1]) *μὴ ἐπιβαλόμενός τι ἐκτελέσαιτο . . . σπείρας μὴ θερίσαιτο . . . καρποὺς μὴ ἐπίσταιτο σπεῖραι* (def. Amorgi a. 12 sq.; s. II p. Chr. B. de corr. hell. XXV (1901) p. 427), ut mendicus fame cruciatus ante limina aliena erret (113 sq.), fame torqueatur,[2]) doloribus vehementissimis vexetur corpus ac mens (115), tabescat corpus vel corporis partes,[3]) exstinguatur *νοῦς καὶ διάνοια καὶ φρόνησις καὶ αἴσθησις καὶ θυμὸς καὶ φρένες καὶ μνήμη καὶ βουλαί*, spiritus, sensus, memoria,

---

[1]) W. 55. 87. 89. 95 (Wilh. p. 119) (s. IV a. Chr.). Aud. 302 (Cumae s. IV/III Chr.). W. 52. 53. 59. 68/71. 73. 74. 75 . 77. 84. 86. 93. 96. 97. 108. 129. Aud. 72. 73 (Attica) 92 (Chers. Taurica) tab. Attica (Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. d. Herzegowina X (1907) p. 376 sq.) (s. III a. Chr.). Aud. 52 (Attica s. III/II a. Chr.). W. 61. 76. Aud. 84 (Thebae cf. W. praef. p. VIII a) (s. II a. Chr.). Def Amorgi a 10 sq. (s. II p. Chr.) cf. B. de corr. hell. XXV (1901) p. 424, 3 sq. Aud. 135 (Nomentum s. II/III p. Chr.) Aud. 47 (Piraeus) 195 (Capua). W. praef. p. V b. Münsterberg, Jahresh. d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 145. Pap. Anastasy v. 328 (W. praef. p. XXX).

[2]) Aud. 193, 8 sq. (Capua s. II a. Chr. cf. Buecheler, Rh. M. XXXIII (1878) p. 40 sqq.). Aud. 209 fr. III, 5 (Puteoli s. II/I a. Chr. cf. v. Planta, Gr. d. osk.-umbr. Dial. II, 620). Aud. 86 (Boeotia). cf. Oppenheim, *Ἀραί* (de Tib. I, 5) Wiener Stud. XXX (1908) p. 150 sq. 160 sqq.

[3]) W. 87. 89. Aud. 50 (Athenae) (s. IV a. Chr.). Aud. 49 (Athenae s. IV/III a. Chr.). W. 52. 54. 68. 74. 77. 80. 86. 93. 96/8. 121. 159. Aud. 66 (Athenae) tab. Attica (Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. d. Herzegowina X (1907) p. 376 sq.) (s. III a. Chr.). W. 60. 61. 90. Aud. 193, 9 (Capua cf. Buecheler, Rh. M. XXXIII (1878) p. 44 sqq.) (s. II a. Chr.). Aud. 2. 4. 6 (Cnidus s. II/I a. Chr. cf. Kuhnert, Rh. M. IL (1894) p. 39 sq. Aud. praef. p. LVII). Tab. Cumana (s. I a. Chr. cf. Buecheler, Rh. M. LXII (1907) p. 557 sq.). Aud. 106 (Britannia s. I p. Chr.). Aud. 41. 42 (Megara) 101 (Germania) (s. I/II p. Chr.). Aud. 74. 75 Attica) def. Amorgi (Bull. de corr. hell. XXV (1901) p. 414; a, 8 sq.) (s. II p. Chr.). Aud. 134. 135 (Nomentum cf. Niedermann, W. Kl. Phil. 1906 p. 962 sqq.) 266 (Hadrumetum) (s. II/III p. Chr.). Aud. 38 (Alexandria cf. Kuhnert, Rh. M. IL (1894) p. 37 sq.). 250 (Carthago cf. W. N. Fl. p. 263) (s. III p. Chr.). Aud. 140. 155 b, 10 sqq. 156, 41 sqq. 162, 19. 168 (Roma s. IV/V p. Chr.). Aud. 300 (Cirta s. V/VI p. Chr.). Aud. 47 (Piraeus). 51 (Athenae). 64 (Attica). 85 (Boeotia) 190 (Minturnae). 195 (Capua) Deff. Bologneses n. 1. 2. 4. (Studi it. di fil. class. VII (1899) p. 193 sqq.). Pap. Leid. (W. praef. p. XXXI sq.). Niedermann, l. l. p. 964 sq. W. praef. p. V a.b. W. Deis. p. 44. Aud. praef. p. LXXIV, 4. XCIII, 4. Münsterberg, Jahresh. d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 145.

ἄφρων καὶ ἠλίθιος γένοιτο[1]) idque in dies noctesque (116),[2]) semper sit miserrimus (117) Fortunae favore desertus (121 sq.), *ἀτελέα καὶ ἔπεα καὶ ἔργα εἶναι* optatur in tab. Cumana (Aud. 302 s. IV/III a. Chr.), *ἐναντία αὐτῷ εἴη ἅπαντα καὶ ἐπαρίστερα, μήποτε εὖ πράττοι* (W. 21. 64. 83. 109. 158. s. III a. Chr.); *Δαίτωνι ἀτέλεστα γίνεσθαι τἀγαθὰ τά τε ὄντα καὶ εἴ τι ἐλπίσει καὶ πάντα ἀμήχανα κἄπορα αὐτῷ, πάντα τἀγαθά* legitur in basi canthari Euboici (*Ἐφ. ἀρχ.* 1902, p. 113 sq. n. 10. Wilhelm, Beiträge zur griech. Inschriftenkunde (1909) p. 12). *Ὥσπερ ταῦτα ἀνέμπαλιν, οὕτω πάντα ἀνέμπαλιν γένοιτο* (Alles möge den Krebsgang gehen) exaratum est in tabella Attica (s. III a. Chr., Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. d. Herzegowina X (1907) p. 376 sq.); incidant omnia in adversa (Aud. 190 [Minturnae] 193, 6 sq. [Capua cf. Buecheler-Pascal apud Aud.] [s. II a. Chr.]), *κακὸς καὶ μέλεος εἴη* (Aud. 84 [Thebae s. II a. Chr.] cf. W. praef. p. VIII a), maestus, tristis sit (Aud. 250 b, 4 [Carthago s. III p. Chr.]); *τὸν γέλωτα παρατίθεμαι* (Aud. 86 [Boeotia]); *ὅπως νωχελὴς ᾖ πρὸς πάντας ἀνθρώπους* ut devoveant, suadetur in papyro Anastasy v. 329 (W. praef. p. XXX); semper sit infelicissimus (117), *μήποτε εὖ πράττοι* (W. 64 s. III a. Chr.), *μὴ χαρὸν μακαρίαν ἔχοιτο αὐτός τε καὶ ἕως ἀπόλοιτο* (def. Amorgi a, 13 sq. s. II p. Chr. Bull. de corr. hell. XXV (1901) p. 428, 1), *πάντα χρόνον τῆς ζωῆς* (Aud. 159, 74. 160, 75. 178, 3 [Roma s. IV/V p. Chr.]); odio sit hominibus (119 sqq.);[3]) >Paulina aversa sit a viris omnibus et defixa sit ... Firminam clodas ab omnibus humanis< oratur in defixione amatoria Poetoviensi (s. II p. Chr. Jahresh. d. österr. arch. Inst. IX (1906) p. 192 sqq.), artus crudelissime torqueantur (125 sq.);[4]) scalae binae tormentorum signa (cf. W. Seth. p. 99 sq.) appictae exstant in Aud. 150. 159. 160. 166. 167. (Roma s. IV/V p. Chr.), tres unci in Aud. 163 (Roma s. IV/V p. Chr.); uncis cada-

[1]) W. 51. 65 (Wilh. p. 119). 87. 89. 107. Aud. 50 (Athenae) (s. IV a. Chr.). W. 52. 58. 59. 68. 80. 84. 94. 108. Aud. 69 (Athenae). 92 (Chers. Taurica) (s. III a. Chr.). Aud. 52 (Attica s. III/II a. Chr.). W. 61. 88. (s. II a. Chr.). Aud. 43. 44 (Megara s. II/I a. Chr.). Aud. 41 (Megara s. I/II p. Chr.). Tab. Amorgi (a, 9. s. II p. Chr. Bull. d. corr. hell. XXV (1901) p. 414). Aud. 300 (Cirta s. V/VI p. Chr.). Tab. Bologneses n. 3 (St. it. di fil. class. VII (1899) p. 196. Pap. Anastasy v. 313. 326 sqq. (W. praef. p. XXX). W. praef. p. V a. Aud. praef. p. LXXIV, 4.

[2]) W. 56 (s. III a. Chr.). W. 76 (s. II a. Chr.). Aud. 266. 267. 270 (Hadr. s. II/III p. Chr. def. amatoria: dormiens vigilans uratur, frigeat, ardeat). Aud. 250 (Carth. s. III p. Chr. auferas somnum). Aud. 265 (Hadr. s. III p. Chr.).

[3]) W. 64, 11 sq. 108 (s. III a. Chr.). Aud. 139 (Roma s. I a. Chr.). Aud. 198, 20 (Cumae s. II/III p. Chr.). Aud. 208 (Puteoli s. II/III p. Chr.). Aud. 36 (Cyprus s. III p. Chr.).

[4]) Aud. 193, 4. 5 (Capua s. II a. Chr.). Aud. 1, 27. 3, 13. 8, 22 (Cnidus s. II/I a. Chr.). Aud. 41 b, 11 (Megara s. I/II p. Chr.). Aud. 155 a, 13. 38. 54. 156, 10. 24. 41. 45. 157, 8 (Roma s. IV/V p. Chr.). devotio Actae libertae CIL VI, 20905, 3. 4.

vera hominum sceleratorum supplicio affectorum ad Tiberim trahebantur; in lamina Cirtensi (Aud. 300 s. V/VI p. Chr.) delineatus est daemon laqueis duobus et unco instructus; sero adversarius animam perditam efflet (123 sqq.), pereat ψυχὴ καὶ πνεῦμα καὶ καρδία καὶ ζωή[1]) et occidatur detrahaturque ad inferos, in Tartarum.[2])

Ut sacerdos Ovidius se signa deorum illi maesto accepisse illumque periturum esse pronuntiat (127 sqq.), deinde se semper illum osurum esse (131 sqq.) iurat et persecuturum furiarum more (159 sq.) dies noctesque, quacumque ratione ipse occubuerit, ex inferis erumpentem (139 sqq.); arte poetica exornat cogitationem, quae saepius simplicioremque in modum occurrit in defixionibus, in quibus inde a. s. II a. Chr. non tam numina inferorum quam manes defuncti, apud quem tabella deponitur, νεκυδαίμων invocatur, ut adversario dormienti appareat (W. 90 b s. II a. Chr. cf. W. praef. p. XXIII b), persequatur.[3]) Detrahatur ille in Tartarum.[4]) Quam sententiam

---

[1]) W. 49/51. 66. 87. 89. 107. Aud. 50 (Athenae) (s. IV a. Chr.). Aud. 49 (Athenae s. IV/III a. Chr.). W. 56. 74. 77. 79. 84. 86. 93. 96. 97. 120. 159. 197. Aud. 92 (Chers. Taurica) (s. III a. Chr.). Aud. 41 (Megara s. I/II p. Chr.). tab. Amorgi (a, 14. s. II p. Chr. Bull. de corr. hell. XXV (1901) p. 428, 2). Aud. 38 (Alexandria s. III p. Chr.). Aud. 47 (Piraeus). 51 (Athenae). 78 (Attica). 85 (Boeotia). 195 (Capua). tabb. Bologneses 1. 3 (St. it. di fil. class. VII (1899) p. 193 sqq.).

[2]) W. 102 (Wilh. p. 112 sq. s. IV a. Chr.). W. 99. 108. tab. Attica (Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. d. Herzegowina X (1907) p. 376 sq.) (s. III a. Chr.). Aud. 84, 13. 21. 28 (Thebae). 193, 12 (Capua) (s. II a. Chr.). Aud. 191 (Cales s. I p. Chr.). Aud. 97. 100 (Germania s. I/II p. Chr.). Aud. 111/2 (Aquitania s. II p. Chr.). Aud. 228. 229 (Carthago s. II/III p. Chr.). Aud. 22 (28 sqq.) sqq. (Cyprus). 250 (Carthago). 286 (Hadrumetum) (s. III p. Chr.). Aud. 187, 57 (Roma s. III/IV p. Chr.). Aud. 140. 155 a, 15. 39. b, 11. 156, 43. 158, 10. 163, 61. 70 (Roma s. IV/V p. Chr.) Aud. 300 (Cirta s. V/VI p. Chr.). Aud. 189 (Roma cf. Wünsch B. Phil. W. 1905, p. 1076). W. praef. p. V a. Aud. praef. p. LXXIX sq. Wünsch, Phil. LXI (1902) p. 26 sqq.

[3]) Aud. 84 (Thebae s. II a. Chr. cf. Aud. in comm. v. 11 sqq.). Aud. 14 (Phrygia s. II/I a. Chr. cf. Aud. praef. p. LXVI sq.). Aud. 251 (Carthago s. II p. Chr. cf. Aud. in comm. II, 6 sq.). Aud. 233/240. 249. 250, 27 sqq. (Carthago). 288/294 (Hadrumetum) (s. II/III p. Chr.). Aud. 16, I, 15 (Syria cf. Aud. in comm.) 22 (1 sqq. 30 sqq. 36 sq.) sqq. (Cyprus). 38 (Alexandria cf. Kuhnert, Rh. M. IL (1894) p. 49, 9). 242 (Carthago cf. Wünsch, Antike Fluchtafeln (1907) n. 4). 265. 271. 286. 295 (Hadrumetum) (s. III p. Chr.). Aud. 299 (Ammaedara s. III p. Chr.). Aud. 51 (Athenae cf. Aud. in comm. v. 2). 188 (Roma). Pap. Anastasy v. 334 sqq. (W. praef. p. XXX) Pap. Paris. v. 347 sqq. 361 sqq. 367 sqq. 396 sqq. (Aud. praef. p. LXXXV sqq.). W. praef. p. XXI sq. XXIX b. Aud. praef. p. LXV sqq. XCIII. Oppenheim, Ἀραί: Wiener St. XXX (1908) p. 155 sqq.

[4]) W. 108 Aud. 72. 73 (Attica; ad ἐλπίδας cf. W. N. Fl. p. 66 sq.) (s. III a. Chr.). Aud. 84 (Thebae). Aud. 193, 11 (Capua) (s. II a. Chr.). Aud. 191 (Cales s. I p. Chr.). Aud. 198, 37 sq. (Cumae). 228 (Carthago) (s. II/III p. Chr.). Aud. 22 (18 sqq.) sqq. (Cyprus). 250 (Carthago cf. W. N. Fl. p. 263) (s. III p. Chr.). Aud. 155 b 8 (Roma s. IV/V p. Chr.). Aud. 300 (Cirta s. V/VI p. Chr.). Aud. 78 (Attica

defixionum simplicem Ovidius idem sua consuetudine v. 161 sqq. ita propagavit, ut fore dicat ut ille carnificis unco tractus (165 sq.) et inhumatus vulturibus, canibus, lupis proiectus (167 sqq.) in loca ab Elysiis campis diversa (173 sqq.) mittatur, ubi Sisyphus ille, Ixion, Danaides, Tantalus, Tityus poenas accipiant (175 sqq.), quos idem enumerat Met. IV, 456 sqq., ibique ille a Furiis tribus[1]) verberetur, excrucietur (183 sqq.), ab Aeaco novis (187 sq.), aeternis (195 sq.), innumerabilibus (197 sqq.) tormentis et poenis illorum (189 sqq.) afficiatur.[2]) Quae sententiae nil differunt a cogitationibus de Tartaro vulgaribus.[3]) In defixionibus quoque optant, ut adversarius torqueatur, scalas, uncos, laqueos appingunt, ut carnificis manu ille pereat (cf. supra p. 19 sq.), imprecantur, ut ille sepulcro careat,[4]) commendatur Furiis (cf. supra p. 13, 2) et Aeaco;[5]) partes Aeaci suscepit Anubis in papyro magica Parisina, secundum quam defixio ita est conscribenda (v. 334 sqq.): *λόγος ὁ γραφόμενος καὶ διωκόμενος· παρακατατίθεμαι ὑμῖν τοῦτον τὸν κατάδεσμον θεοῖς χθονίοις . . . καὶ Κούρῃ Περσεφόνῃ . . . Ἑρμῇ καταχθονίῳ . . . καὶ Ἀνούβιδι . . . τῷ τὰς κλίδας ἔχοντι τῶν καθ' Ἅιδου* (Aud. praef. p. LXXXV. Kuhnert, Rh. M. IL (1894) p. 50, 2).

Tum Ovidius eximia ubertate ac vi dicendi illum natum esse infelicem (209 sqq.) pronuntiat, sub stellis Martis et Saturni infelicibus (210 sqq.), die tristi (217 sqq.), prolapsum ex alvo matris impurae (221 sq.), bubone graves sonos edente (223 sq.),[6]) a tribus Eumenidibus illarum ratione exitiosa cum aliis rebus tum felle colubrae lacteque canino [7]) curatum esse (225 sqq.), Clothonem illarum vota comprobasse ac, ne longa esset in vaticinando, vatem quondam

---

cf. W. N. Fl. p. 72) cf. Tamborino, De antiquorum daemonismo (Religionsgesch. Vers. u. Vorarbeiten VII (1909) p. 71 sq.).

[1]) de sacra triade cf. Preller-Robert, Gr. Myth. I, 837, 1⁴. Aud. praef. p. LXXVII, 7. Héron de Villefosse: Bull. de la société nat. des antiquaires de France 1905, 294, 2. 3.

[2]) Inde quod versus Ovidiani paulo consonant cum devotione Cominii Catulliana (108), nondum Callimachi Ibin utriusque loci fontem fuisse concludamus, sed talia exsecrationum fuisse propria statuamus.

[3]) Ov. Met. IV, 432 sqq. Verg. Aen. VI, 580 sqq. Hor. C. III, 11, 21 sqq. Tib. I, 3, 67 sqq. Culex 216 sqq. Preller-Robert, Gr. Myth. I, 807 sqq. 821 sqq. 825 sqq. 834 sqq. 841 sqq.⁴ Gruppe, Gr. Myth. 1023, 3.

[4]) Aud. 192 (Capua s. I a. Chr. cf. Buecheler, Rh. M. XXXIII (1878) p. 8.

[5]) Aud. 74, 5. 75, 10 (Attica s. II p. Chr. cf. W. N. Fl. p. 69). 22 (18 sqq.) sqq. (Cyprus s. III p. Chr.). W. praef. p. XXb.

[6]) qui raro deest in devotionibus illius aetatis; cf. Oppenheim, Ἀραί: Wiener St. XXX (1908) p. 157 sqq. cf. Wellmann apud Pauly-Wiss. VI, 1065, 33 sqq.

[7]) cf. Oppenheim l. l. p. 151 sqq.

fata illius cantaturum praedixisse (243 sqq.) ac se ipsum esse illum vatem (247 sqq.). Sequitur pars altera carminis, qua adduntur exempla prioris aevi obscuratissima (251 sqq.). Sine dubio poeta tam copiose atque ornate de die natali non cecinisset, nisi eorum, qui adversarium defigebant, proprium fuisset matrem commemorare;[1]) in defixionibus saeculorum superiorum Atticis praevalet nomen patris titulorum usu adiectum (cf. supra p. 10, 3), saeculis vero recentioribus magis magisque nomen matris; mater enim ut hominum plerumque humili loco natorum semper certa, pater saepius incertus est, vel inimicus defixus vocatur contemptim filius maris in tabella Romana (s. IV/V p. Chr. Aud. 140, 17) vel filius terrae in lamina Carthaginiensi (s. II/III p. Chr. Aud. 241, 7 cf. W. Antike Fluchtafeln (1907) n. 3, 7). Horoscopum autem illis temporibus cum religione ac timore ab omnibus respectum esse et a poetis in carminibus tractatum esse satis notum est[2]) et in defixionibus quoque dies Martis et Saturni magni ac perniciosi sunt momenti,[3]) partes periculosas agit bubo.[4])

Ut Ovidius ex vaticinio ac iussu Clothus adversarium devovet et optat, ut di carminibus suis faveant, sic magus, qui laminam Alexandrinam exaravit (Aud. 38 s. III p. Chr.), postquam corpus animamque per numina infera exsecratus est, addit (v. 26 sqq.): *ἐπέκλωσε γὰρ αὐτῷ ταῦτα ἡ . . . Γῆ χθονία . . . ὁρκίζω σε κατὰ σοῦ ὀνόματος ποιῆσαι τὴν πρᾶξιν* (caerimoniam) *ταύτην καὶ πηρῆσαί μοι τὸν κατάδεσμον τοῦτον καὶ ποιῆσαι αὐτὸν ἐνεργῆ* — et secundum papyrum magicam Parisinam (Aud. praef. p. LXXXIV sqq.) is, qui aliquem defigit, *νεκυδαίμονα* illi nocere cogere potest eo, quod obtestatur per nomina deorum variorum et daemonum (v. 335 sqq.), deinde per nomen summi dei (v. 356 sqq.) denique eo, quod partes illius summi dei ipse agit (v. 385 sqq. cf. Kuhnert, Rh. M. IL (1894)

---

[1]) W. 102 (s. IV a. Chr. cf. Wilh. p. 112 sq.). Aud. 193 (Capua s. II a. Chr. cf. Pascal apud Aud.). Aud. 129 (Arretium). 249. 252. 253 (Carthago). 270 (Hadr.) (s. II p. Chr.). Aud. 198 (Cumae). 208 (Puteoli). 247. 255 (Carthago). 263. 266. 267. 269. 304 (Hadr.) (s. II/III p. Chr.). Aud. 25 (Cyprus). 248. 250 (Carthago). 264. 265. 268. 271 (cf. Deißmann, Bibelstudien p. 37, 2) (Hadr.). 299 (Ammaedara) (s. III p. Chr.). ostracon s. III/IV p. Chr. (Arch. f. Pap.-F. II (1902) p. 173). Aud. 140. 155. 156. 157, 17. 158, 11. 159/169. 171 (Roma s. IV/V p. Chr.). Aud. 51 (Athenae). 188 (Roma). W. Deis. p. 44 sq. Pap. Paris. v. 316 (Aud. praef. p. LXXXV Kuhnert, Rh. M. IL (1894) p. 41, 7). W. Seth. p. 64. Aud. praef. p. LI, 12 sq.

[2]) Rieß, apud Pauly-Wiss. II, 1817, 10 sqq.

[3]) Aud. 155 b. 16. 31 (a 40. 57). 161, 132. 51. 111. 117. 160, 95 sq. 163, 71 (Roma s. IV/V p. Chr.). W. Seth. p. 79. Gruppe, Gr. Myth. p. 1377, 3.

[4]) W. praef. p. XXIX b, 2. Rieß apud Pauly-Wiss. I, 70, 23 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 794, 2.

p. 52): *ἐάν μοι τοῦτο τελέσῃς, ἀναπαύσω σε ταχέως· ἐγώ πάρειμι βαρβαραδωναι . . .*

Ad defixiones incidendas saepissime sacerdotes ordinis inferioris, magos supra (p. 16, 1) intelleximus accitos esse neque eos solum formularum magicarum componendarum, sed etiam ambagum illarum quam diligentissime excutiendarum causa, quibus dirae prioris iam aetatis non carent, abundant atque effluunt exsecrationes posteriores magis magisque: veluti singulae litterae vel vocabula vel versus sinistrorsum (*ἐπαρίστερα* W. 67, a. 8)[1]) scripti sunt, vel inversi sunt (*ἀντίποδα*),[2]) vel ordo litterarum, vocabulorum, versuum consulto confusus est[3]) vel versus dispositi sunt singulari quodam ordine[4]) vel Latina vocabula sententiaeve excussae sunt Graecis litteris, quae ad deos cogendos aptiores videbantur[5]) vel nomina daemonum vel

---

[1]) W. 24. 26. 42. 57. 65. 66 (Wilh. p. 115 sqq. 114. 119) tab. Attica (Wilh. p. 122). Aud. 60. 61 (Attica) (s. IV a. Chr.). W. 10. 11. 20/22. 25. 27/30. 32/37. 40. 41. 43. 52. 56. 58. 63. 64. 67. 68. 77. 80. 84. 86. 96. 97. 108. 109. 112. 138. 139 (Wilh. p. 108 sq.) 160. 162. 169. 170. 174. 175. 178. 179. 184. tabb. Atticae (*Ἐφ. ἀρχ.* 1903 p. 56 sq. Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. d. Herzegowina X (1907) p. 375, 377). Aud. 58. 59. 67 (Attica) 91 (Moesia) (s. III a. Chr.). W. 31. 88. Aud. 192. 193 (Capua) 209 (Puteoli) (tabellae contra consuetudinem Oscorum dextrorsum scriptae cf. v. Planta, Indogerm. Forsch. II (1893) p. 435, 1) (s. II a. Chr.). Aud. 14 (Phrygia s. II/I a. Chr.). def. amatoria Poetoviensis (s. II p. Chr. Jahresh. d. österr. arch. Inst. IX (1906) p. 195 sq.). Aud. 104 (Britannia s. II/III p. Chr. cf. Zangemeister et Huebner apud Aud.). W. Deis. p. 44. Aud. 64. 65 (Attica) 131 (Picenum). W. praef. p. IV a. XXIX a. Aud. praef. p. XLVI, 3. Münsterberg, Jahresh. d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 143.

[2]) W. 107 (s. IV a. Chr.). W. 84. 96. 105. 159. 167. 174. 183 (s. III a. Chr.). Aud. 82 (Tanagra s. II a. Chr.). Aud. 103 (Germania s. I/II p. Chr.). def. amatoria Poetoviensis (s. II p. Chr. Jahresh. d. österr. arch. Inst. IX (1906) p. 196. Aud. 133 (Nomentum) 230 b. (Carthago) (s. II/III p. Chr.). Aud. 155 (Roma s. IV/V p. Chr. cf. Aud. p. 210). Aud. praef. p. XLVI, 2.

[3]) W. 55. 66. 95. 102 (Wilh. p. 107 sq. 119. 112 sq. s. IV a. Chr.). W. 52. 75. 77. 81. 85. 108. 109. 110/135 (tabellae, in quibus singulari quadam ratione id agitur, ne legi possint) 163. tab. Attica (Münsterberg, Wiss. Mitt. aus Bosnien u. d. Herzegowina X (1907) p. 376 sq.). Aud. 69 (a. 7. b. 5.) 67, 3. 76 (Attica) 91 (Moesia) (s. III a. Chr.). W. 88. Aud. 82 (Tanagra) (s. II a. Chr.). Aud. 64 (Attica). W. praef. p. IV a. Münsterberg, Jahresh. d. österr. arch. Inst. VII (1904) p. 143, 6.

[4]) Aud. 191 (Cales s. I p. Chr. cf. W. N. Fl. p. 241). Aud. 101 (Germania s. I/II p. Chr.). Aud. 253 (Carthago) 275 (Hadr.) (s. II p. Chr.). Aud. 218. 227. 230 b. 233. 234/240 (cf. Aud. p. 304 sq.) 241. 244. 252. 255. 257 (Carthago) 276/283. 284. 293. 294 (Hadrumetum) (s. II/III p. Chr.). Aud. 15. 16 (Apheca) 242. 243 (Carthago) (s. III p. Chr.). Aud. 141 (Roma s. IV/V p. Chr.). Aud. 48 (Athenae) 85 (Boeotia). *Ἐφ. ἀρχ.* 1902, p. 113 sq. n. 10 (in basi canthari Euboici). Aud. praef. p. XLVI, 4/6. LXXXII, 1/4.

[5]) Aud. 270 (Hadr. s. II p. Chr.). Aud. 231. 252 (Carthago) 267. 269. 304 (Hadr.) (s. II/III p. Chr.). W. praef. p. XXIX a. Aud. praef. p. XLVI, 7. CIX, 2.

vocabula, signa illa quidem magica scripta sunt litteris Graecis utpote efficacioribus[1]) vel rarius Graeca vocabula sententiaeve referuntur Latinis litteris[2]) vel commiscentur vocabula sententiaeve Graecae cum Latinis[3]) ut Osca cum Latinis in tabella Cumana (s. I a. Chr. cf. Buecheler, Rh. M. LXII (1907) p. 556) vel addita sunt *βάρβαρα ὀνόματα*, >sancta nomina necessitatis< (Aud. 288), vel *Ἐφέσια γράμματα*[4]) vel litterae, *χαρακτῆρες* (Aud. 155 b. 22), signa magica[5]) vel imagines.[6])

---

[1]) Aud. 230. 233. 244. 255 (Carthago) 266. 292/4 (Hadr.) (s. II/III p. Chr.). Aud. 243. 248. 250 (cf. W. N. Fl. p. 263 sq.) (Carthago) 264. 286. 290. 291. 295 (Hadr.) (s. III p. Chr.). Aud. 140 (Roma s. IV/V p. Chr.). Def. Bologneses n. 1. 2 (St. it. di fil. class. VII (1899) p. 194 sq.). Aud. praef. p. XLVI, 9. 10. XLVII, 1. 2. CIX, 4. cf. W. A. Z. P. p. 28.

[2]) Aud. 271 (Hadr. s. III p. Chr.). Aud. 140, 19 sq. (Roma s. IV/V p. Chr.). Aud. praef. p. XLVI, 8. CIX, 4.

[3]) Aud. 249. 253 (Carthago s. II p. Chr.).

[4]) W. 57. 87, 9 (Wilh. p. 115 s. IV a. Chr.). W. 85. 113 (s. III a. Chr.). Aud. 41 (Megara s. I/II p. Chr.). Aud. 18. 19 (Cyprus) 79 (Attica) 111/2 (Aquitania) 251. 253 (Carthago) 270 (Hadr.) (s. II p. Chr.). Aud. 198 (Cumae) 208 (Puteoli) 230/233. 234/240. 241. 244. 245. 252. 255. 256 (Carthago). 266. 267. 269. 272/4. 284. 285. 292/4. 296. 298. 304. 305. Bull. de la société nationale des antiquaires de France 1905, p. 291 sqq. Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 55. 59 sq. 61 sq. (Hadrumetum) (s. II/III p. Chr.). Aud. 15. 16 (Apheca) 22 sqq. (Cyprus) 38 (Alexandria) 242. 243. 250 (Carthago) 264. 265. 268. 271. 286/291. 295 (Hadr.) 299 (Ammaedara) s. III p. Chr.). Aud. 187 (Roma s. III/IV p. Chr.). Aud. 140. 141. 145. 146. 148/172. 174. 176. 177. 180. 181. 184 (Roma s. IV/V p. Chr.). Pap. Leid. (W. praef. p. XXXI sq.). def. Bologneses n. 1. 2. (St. it. di fil. class. VII (1899) p. 194 sq. 197. Aud. 51 (Athenae). W. Deis. p. 37 sqq. 41 sqq. W. praef. p. XX. XXIX b. Ind. IX. W. Seth. p. 80 sqq. Aud. praef. p. XLVII, 3. LXII sq. LXVII sqq. LXXXII, 1. XCV, 2. 3. Ind. VII. Pap. Anastasy v. 339 sqq. 349 sqq. 361 sqq. 365 sqq. (W. praef. p. XXX sq.). Pap. Paris. v. 332. 335 sqq. 362 sqq. 385 sqq. 398 sqq. (Aud. praef. p. LXXXIV sqq. W. A. Z. P. p. 18. 35 sq. 37 sq. Dedo, De antiquorum superstitione amatoria (1904) p. 29 sq.

[5]) W. 11. Aud. 68 (Attica) (s. III a. Chr.). Aud. 209 (Puteoli s. II/I a. Chr. cf. v. Planta, Gr. d. osk.-umb. Dial. II, 621). Aud. 103 (Germania s. I/II p. Chr.). Aud. 253 (Carthago) 275 (Hadr.) (s. II p. Chr.). Aud. 198 (Cumae) 208 (Puteoli) 218. 227. 233 (cf. Buecheler, Rh. M. XLI (1886) p. 160) 241. 244. 245. 247. 252. 256. 258. 260. 262 (Carthago) 266. 272/4. 276/283. 285. 298. Bull. de la société nat. des antiquaires de France 1905, p. 294, 1. 2. Mél. d'arch. et d'hist. XXV 1905) p. 55. 58 sqq. 61 sq. (cf. tab.) (Hadrumetum) (s. II/III p. Chr.). Aud. 15. 16 (Apheca) 243 (Carthago) 264 (Hadr.) (s. III p. Chr.). Aud. 187 (Roma s. III/IV p. Chr.). Aud. 140. 141. 145/153. 155/7. 159/169. 172. 174. 176. 177. 181. 182 (Roma s. IV/V p. Chr.). Aud. 48 (Athenae). W. Deis. p. 37 sqq. 41 sqq. W. Seth. p. 77 sqq. 98 sq. Aud. praef. p. XLVII, 4. LXXII sqq. cf. ostraca duo aetatis christianae (s. III/IV p. Chr. Arch. f. Pap.-F. II (1902) p. 173 sq.). Pap. Anastasy v. 311 (W. praef. p. XXX sq.). Pap. Paris. v. 407 sqq. (Aud. praef. p. LXXXVII). cf. W. A. Z. P. p. 19. 28 sqq. 31 sqq. 41 sq. 46 sq.

[6]) Aud. 208 (Puteoli) 219 b. 229. 232. 233 (cf. Buecheler, Rh. M. XLI (1886) p. 160) 238. 239. 244/7. 255. 256. 259. 260 (Carthago) 266. 285. 292. 298.

Ovidius quoque eo, quod ambages, quae est maior carminis pars (251 sqq.), adiungit, consuetudinem defixionum popularem imitatur, quam tota priore carminis parte secutus est; neque vero ambages illas vulgares addit, sed ut poeta aetatis Augusteae doctus ambages doctrina refertas Callimachi premens vestigia, quod ipse apertis verbis v. 55 sqq. affirmat. Prior autem pars Ibidis Ovidianae cum duobus exemplis satis obscuratis Callimacho vindicandis (35 sq. 89 sq. cf. p. 9, 4. 15. 31.) exceptis careat historiis caecis doctisque, sequitur non tam Ibin Callimacheam, quam sua ratione defixiones illas populares, quod singulis locis nos demonstrasse speramus. Inde vero, quod usum popularem ipsum respicit ut Am. III, 7, 27 sqq. 79 sq. Her. 6, 91 sq. Fast. II, 571 sqq., Alexandrinorum se praestat discipulum. Quos cum constet consuetudines populi eximio studio carminibus tractasse — admonere liceat de poetis bucolicis (cf. Ribbeck, R. u. Vortr. p. 191 sqq.), imprimis de Theocriti Pharmakeutriis (cf. Kuhnert, Rh. M. IL (1894) p. 37. 54 sq.), de Callimachi Hecale (col. I; Mitt. Erzh. Rainer VI (1897) p. 7), de Hermesianactis fragg. 2. 3. (Bach), de poetae alicuius fortasse Parthenii *Μυττωτός* (cf. Martini, ed. Parth. p. 25 sq. Ribbeck, Gesch. d. röm. Dichtung II, 356 sq.), de poetis epigrammaticis [1]) — mirum esset, si morem defixionum inde a s. IV vigentem neglexissent.[2]) Ac re vera Suidas de Euphorionis carmine epico hoc memoriae tradit: *Χιλιάδες· ἔχει δ' ὑπόθεσιν εἰς τοὺς ἀποστερήσαντας αὐτὸν χρήματα ἃ παρέθετο, εἶτα συνάγει διὰ χιλίων ἐτῶν χρησμοὺς ἀποτελεσθέντας.* Idem composuit carmen epicum, quod iuscribitur *Ἀραὶ ἢ Ποτηριο-*

Bull. de la société nat. des antiquaires de France 1905, p. 291 sqq. Mél. d'arch. et d'hist. XXV (1905) p. 56. 57, 3 (cf. tab.) (Hadrumetum s. II/III p. Chr.). Aud. 15. 16 (Apheca) 36 (Cyprus) 248 (Carthago) 264. 286/291 (Hadr.) (s. III p. Chr.). Aud. 187 (Roma s. III/IV p. Chr.). W. Deis. p. 42 sq. Aud. 140. 141. 145. 146. 148/170. 172. 174. 176. 177. 180/186 (Roma s. IV/V p. Chr.). quibus addas laminam plumbeam ipsam quoque ad viam Appiam effossam eisdem imaginibus (W. Seth. n. 20 b.) instructam, quam usui publico tradidit Lohmeyer, Röm. Mitt. XX (1905) p. 165. Aud. 300 (Cirta s. V/VI p. Chr.). Aud. 123 (Liguria). def. Bologneses n. 1. 2 (St. it. di fil. class. VII (1899) p. 194 sq. 197. Pap. Paris. v. 407 (Aud. praef. p. LXXXVII). W. Seth. p. 99 sqq. Aud. praef. p. LXXV sqq.

[1]) Cum poetis faciunt artifices: Brunn, die griech. Bukoliker und die bildende Kunst: Sitzgsb. d. Münch. Ak. II (1879), 1 sqq. Springer-Michaelis, Hdb. d. Kunstgesch. I, 315. 317. 324. 327. 332 s. Helbig, Untersuchungen zur kamp. Wandmalerei p. 83 sqq. 97 sq. Schreiber, Hellenistische Reliefbilder n. 66. 70. 74. 75. 77. 80/2. Waser, Das hellenistische Reliefbild: N. Jahrbb. VIII (1905) p. 122 sqq. Hermann, Arch. Anz. 1894 p. 173, 9. Furtwängler, Gemmen t. I, tab. XXXV, 41, tab. XXVIII, 28. 29. 33. 37, tab. XLVI, 4. L, 35.

[2]) Oppenhaim *Ἀραί*: Wiener Stud. XXX (1908) p. 146 sq. Dedo, l. l. p. 37 sqq.

κλέπτης. Propter deposita ipsa negata et furta accepta saepissime defixiones incisae sunt (cf. Aud. p. 472). Qua de causa denique Ibidis nomine Callimachus adversarium significaverit, alii alias protulerunt coniecturas;[1]) mea quidem sententia ille cogitationes Graecas et Aegyptias ut poeta illius aetatis Alexandrinus inter se commiscens inimicum ita praeter immunditiam quandam (450) nominavit, quod Ibis sacra est Mercurii-Theuth (Plato Phaedr. 274 C. Ov. Met. V, 331. schol. G ad 450; ibis i. hermenia; cf. Ellis praef. p. XXXVII. sq. et ad v. 214; Preller-Robert, Gr. Myth. I, 419, 5[4].; Gruppe Gr. Myth. 1320, 9), Mercurius in defixionibus ipsis inter numina inferorum vel maxime invocatur, Ibis hoc modo non iam est avis illa ab Aegyptiis cum pietate culta, sed avis nefasta, dis inferis tradita.

Ratione vero ambagum eligendarum Ovidius artissime se applicat ad Alexandrinos (cf. Clementis Alex. Strom. V, 8 = V, 50, 3 Stählin), qui talibus lusibus delectabantur, Callimachus imprimis, quod comperimus a scholiasta Aristoph. Thesm. 80: *τοῦτο αἰνιγματῶδες κατὰ Καλλίμαχον*. Callimachi Ibin ipsam fuisse *ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν* docet Suidas, deinde satis habeo adducere Lycophronis Alexandram (Susemihl Alex. Litt.-G. I, 274 sqq.), Theocriti Syringa, Euphorionis (Susemihl l. l. p. 394 sq. 397, 115; Berliner Klassikertexte V, 1, 57 sqq.) Nicandrique carmina epica (Susemihl. l. l. p. 305), carmina illa figurata (Susemihl l. l. p. 181 sqq.: v. Wilamowitz, Textgesch. d. griech. Bucoliker. Phil. Unters. XVIII (1906) p. 243 sqq.).

Fortunae favore nuperrime inventum est fragmentum (s. V p. Chr membranaceum) Euphorionis *Ἀρῶν*, quod usui publico traditumet explicatum est in Berliner Klassikertexte V, 1 (1906) p. 58 sq. 62 sqq.

. . . . κατὰ Γλαυκώπιον Ἕρσῃ
οὕνεκ᾽ Ἀθηναίης ἱερὴν ἀνελύσατο κίστην
. . . . ἢ ὅσσον ὁδοιπόροι ἐῤῥήσσοντο
Σκείρων ἔνθα πόδεσσιν ἀεικέα μήδετο χύτλα
οὐκ ἐπὶ δήν· Αἴθρης γὰρ ἀλοιηθεὶς ὑπὸ παιδί
νωιτέρης χέλυος πύματος ἐλιπήνατο λαιμόν·
ἢ καί νιν σφεδανοῖο τανυσσαμένη ἀπὸ τόξου
Ταιναρίη λοχίῃσι γυναικῶν ἐμπελάτειρα
Ἄρτεμις ὠδίνεσσιν ἐῷ ταλάωρι μετάσποι·
ὀκχοίη δ᾽ Ἀχέροντι βαρὺν λίθον Ἀσκαλάφοιο,
τόν οἱ χωσαμένη γυίοις ἐπιήραρε Δηώ,
μαρτυρίην ὅτι μοῦνος ἐθήκατο Φερσεφονείῃ·

[1]) Weichert, Über das Leben u. Gedicht des Apollonios v. Rhodos (Meißen 1821) p. 65 sqq. Schneider, Call. II, 275 sq. Ellis, praef. p. XXXIII. XXXV sqq.

Euphorio igitur exempla hominum miserorum mythologica eodem modo continuat atque Ovidius; praeterea de altera Euphorionis devotione per Suidam haec habemus comperta: *Χιλιάδες*·[1]) *ἔχει δ' ὑπόθεσιν εἰς τοὺς ἀποστερήσαντας αὐτὸν χρήματα, ὡς δίκην δοῖεν κἂν εἰς μακράν· εἶτα συνάγει διὰ χιλίων ἐτῶν χρησμοὺς ἀποτελεσθέντας*; divisae erant igitur perinde atque Ovidii carmen in partes duas, devotionem ipsam certi cuiusdam flagitii et exempla summa cum doctrina industriaque conquisita. Cum autem Euphorionem sectatorem studiosissimum Callimachi fuisse non ignoremus (cf. Berliner Klassikertexte V, 1, 65 sq.), et ex hoc *Ἀρῶν* fragmento exemplis mythologicis coacervatis insigni et ex *Χιλιάδων* compositione bipertita rationem quoque devotionis illius clarissimae Callimachi recognoscere liceat, cui sententiae optime se aptat id, quod Suidas de Callimachi Ibide profert: *ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν*; *λοιδορία* tendit enim in devotionem ipsam certi cuiusdam rei apertis verbis pronuntiatam, *ἀσάφεια* spectat ad exempla illa obscurata. Cum Callimacho igitur suo saepius laudato omnino congruere arte compositionis Ovidium intellegiums neque varo rebus singulis; imitatur, ut ipse ait v. 57 sqq. illius ambages et historias caecas, non vertit. Ac ne Graeca quidem exempla omnia carmini illi Callimacheo vindicare possumus.[2]) Immo vero exsecrationes, quales Callimachus in Ibin protulit, non nisi pars sunt Ovidianarum:

et quibus exiguo volucris devota libello.[3]) (449)

Quo ex versu Schneider (Call. II, 274 sqq.) falso Ibin fuisse epigramma concludit; sed >libellus< fuit, quo vocabulo suum quoque carmen Ovidius significat (51), carmen maius, *ποίημα*, ut ait Suidas, neque illi assensi sunt Ellis (praef. XXXIII) aut Riese (Fleck. Jahrbb. CIX (1874) p. 377 sqq.).

Quaeramus igitur, quatenus Ovidius in exemplis congestis (251 sqq.) Callimachum aliosque fontes secutus sit.

---

[1]) Meineke, Analecta Alex. 1843 p. 13 sqq. 75 sqq. *Ἀραί*, p. 19 sq. 43 Scheidweiler. Euphorionis frag. diss. Bonn 1908.

[2]) Beloch igitur Callimachum egisse in Ibide de Achaeo quoque anno a. Chr. n. CCXIV supplicio affecto ratus (Gr. Gesch. III, 2, 500) ob id, quod Ovidius hanc rem v. 299 sq. commemoret, nititur fundamento satis lubrico; cf. v. Wilamowitz, Textg. d. gr. Buc: Phil. Unters. XVIII (1906) p. 168, 1.

[3]) cf. Couat, La poésie Alexandrine (1882) p. 507.

Cum Ovidius carmen suum eodem Ibidis nomine inscripserit atque Callimachus et >historiis caecis< Callimachum imitandum sibi proposuerit (v. 57 sqq.), grammaticorum antiquorum aeque ac nostra interfuisse investigare imprimis, quatenus secutus esset Callimachum, facile est intellectu. Itaque breviter ad disticha singula in marginibus adnotabant >Callimachus< vel >ut ait Callimachus< eosque pro nomine satis producto usos esse compendiis >ut ait CALL< vel >CAL<[1]) aeque ac grammaticos Graecos siglo >*ΚΑΛ*<[2]) conicio his rebus adductus: Compendium enim illud >CALL< vel >CAL< facillime mutatur in >GALL< et >GALLVS<[3]) vel in >CLA< et >CLARVS<[4]) et id in >DARIVS<[5]) ita ut propter eandem historiam ad v. 451 (cf. p. 34 sq.) Callimachus adducatur in schol P, Gallus in schol. C et Ask.; ad v. 351 (cf. p. 38) Callimachus in schol. Salvagnianis, Gallus in schol. G C Ask. Mure; ad v. 331 (cf. p. 31,4). Callimachus in schol. Salv. et Bern. 711, Darius in schol. G; ad v. 335 (cf. p. 31,7) Clarus apud Mure, Darius in schol. G C Ask. (cf. C Ask. ad v. 459), Callimachus a scholiasta Aeschinis Tim. 182.

In Ibidis scholiis adhuc exstant sigla; nomen enim Galli significatur per >G< (schol. G ad v. 327), nomen Ovidii per >O< (schol. Bern. ad v. 290, schol. G ad v. 485) vel per >Ovi< (schol. C ad v. 601).

Una cum his adnotationibus vel non multo post explicationes prosa oratione conscriptae additae sunt; fide ac brevitate excellunt scholia G et P.[6]) Omnes explicationes tales carent nominibus auctorum fictis, recte adducunt Homerum,[7]) Callimachum,[8]) Nican-

---

[1]) Veluti scholia P ad v. 451. 477, C et Ask. ad v. 467 praebent nomen Callimachi una litera >l< instructum.

[2]) cf. Schneider, ad Call. fr. 524. 480. 534. fr. anon. 14. 89. Reitzenstein, Etym. p. 10,1.

[3]) cf. p. 31,5. 32. 34. 38. 39.

[4]) schol. Mure ad. v. 335.

[5]) cf. p. 38. 40. >DARIVS< facilius mihi videtur mutari posse ex >CLARVS< quam ex >cl.^{a} m^{us}< quod Ellis ad schol. 335 suspicatur.

[6]) cf. Ehwald, De scholiasta qui est ad Ovidii Ibin commentatio (Progr. Gotha 1876) p. 6 sqq. Ellis Proll. p. LVII. cf. p. 64.

[7]) ad v. 375. 385. 417.

[8]) C et Ask., ed. Paris. 1573 ad v. 379; cf. p. 33 sq. G P C Ask. Salv. ed. Paris. 1573 ad v. 477; cf. p. 37. C Ask. ad v. 467; cf. p. 32 sq. Bern.

drum,[1] Vergilium,[2] Horatium,[3] Ovidium,[4] Statium,[5] Boetium.[6]
Temporibus vero posterioribus scholia nonnulla prosaica vilissima [7] adiecta sunt et a versificatore stultissimo explicationes metricae [8] fictae sunt ad nomina auctorum antea recte adscripta et ad scholia prosaica ex parte utiliora, ita ut versus illi semper sint pars altera adnotationum singularum; ad finem carminis versus studium versificatoris illius relanguit. Ludicra sua, ubicumque nomina auctorum non erant ante eum adnotata, exornavit nominibus fictis, veluti: Homeri (301 vel Menefronis (G). 305 vel Menefronis (G)), Menefronis (301 vel Homeri (C). 305 vel Homeri (C et Ask.)), Arionis (310 (G C Ask.) quidam (Mure)), Democriti (293), Eupolidis (255), †Neodis (313 C et Bern. 711), †Crinii, quod videtur corruptum ex Cyrenaei i. e. Callimachi nomine (295 Ask.), Batti vel Bachi, quo singnificari videtur Battiades i. e. Callimachus (259 G C Ask. 299 G C Ask. Salv.), Calixthonis (273 G; †Promptius vel †Calmethes C; Callisthenes Ask.), Plauti (297 (G) vel Propertii (C Ask.)), Varronis (317. 319. 321), Lucretii (419), Tibulli (307), Propertii (257. 297. vel Plauti (G). 461), Favorini (329), Luperci (311), denique Galli, poetae illius elegiaci aetatis Augusteae; ad v. 307 enim adducitur in schol. C et Ask. de versibus eisdem una cum Tibullo >unde Tibullus vel Gallus<. Cuius Galli nomen ad v. 323. 325 (cf. p. 65.) 327 (cf. p. 51 sqq.) 363 (cf. p. 68, 6) non ortum esse ex Callimacho, sed fictum esse idque per seriem versuum a versificatore illo haud secus ac nomen Varronis per seriem exemplorum antecedentium (317. 319. 321), fictum esse ad scholia quoque prosaica ineptiarum plena v. 525 (cf. p. 67) 569 (cf. p. 50, 5) infra cognoscemus. Sed

---

711. Salv. ad v. 331; cf. p. 31. G C Ask ad v. 450; cf. p. 30. P ad v. 451; cf. p. 34 sq. Salv. ad v. 351; cf. p. 38.

[1]) Salv. et ed. Paris. 1573 ad v. 475; cf. p. 42,4. Scholia quoque Salvagniana non sunt contemnenda; veluti et rectas interpretationes offerunt ad v. 379. 389. 477 eaque Salvagniana sola ad v. 595 neque sapiunt doctrinam litterarum renascentium ut scholia Cod. 36 Seminarii Patavini ad v. 477. 463. 494. 523. Ad v. 331 Salvagnius non codicibus suis Ibidis usus est, sed scholiis Iliadis.

[2]) ad v. 284. 333. 341. 483. 593.

[3]) ad v. 345. 597.

[4]) ad v. 265. 267. 269. 277. 279. 347. 357. 366. 371. 378. 381. 384. 387. 396. 397. 407. 408. 409. 415. 425. 431. 433. 445. 453. 455. 457. 471. 472. 485. 491. 497. 513. 533. 537. 539. 543. 553. 556. 581 583. 585. 586. 589. 599. 601. 603. 605. 615. 627. 629.

[5]) ad v. 354. 378. 396. 427. 443. 480. 483. 515.

[6]) ad v. 401.

[7]) veluti ad v. 259. cf. Ellis Proll. p. LIX sqq. LXII sq.

[8]) cf. Ehwald l. l. p. 5 sq. 10 sqq.

versificatori illi ut erat stultissimus, contigit, ut Graecis poetis attribueret versus Latinos.

Itaque Ibidis scholia, quoniam exstant mirum in modum vera cum falsis, cum praeclarissimis vilissima commixta, neque generatim laudanda neque generatim contemnenda sunt, sed singulatim examinanda et perpendenda.

Ad Callimachi Ibin ipsam spectare Ovidium de versibus 449 sq. solis certo possumus evincere (cf. scholia):

Et quibus exiguo volucris devota libello est,
corpora proiecta quae sua purgat aqua.

In disticho, quod antecedit (447 sq.) legimus:

Et quae †Pent(h)ides fecit de fratre Medusae
eveniant capiti vota sinistra tuo.

Nomen proprium †Pent(h)ides haud scio an non possit explicari. Quid olim traditum fuerit, cognoscimus fortasse ex scholiis corruptis C et Ask. eodem ex fonte derivatis (cf. Ellis Proll. p. LVII): PANCIADES (PENTHIADES Ask. PENT‹H›IDES G Mure) filius ABACII (ABARETI Ask. ABAGI vel EBALII Mure) . . . devovit . . . ut ait BAVCIADES. In archetypo igitur scholiorum scriptum fuisse videatur BAVCIADES filius BAVCII. Quo pro vocabulo BAVCIADES priore loco male exarato substitutum est vel PANCIADES vel PENTHIADES, quod nomen facile in nomen magis notum PENT‹H›IDES mutatum est ut in scholiis, sic in versibus ipsis quoque. Scholiasta ad scholium ineptum auctorem quoque addere cupiens sumpsit nomen in versibus ipsis oblatum, quod non intellegebat, adiecitque: ut ait Bauciades i. e. ipse. Nomen enim illud rarum scholiastam ex se invenisse negandum arbitramur. Quid autem in BAVCIADES lateat, facile possumus suspicari: BATTIADES. — Scholiasta Cod. 36 Seminarii Patavini nisi tale quid legisset, non recte adnotavisset: De Callimacho his IV versibus (447—450) poeta Cyrenaeo Batti filio loquitur, qui scripsit in Apollonium Rhodium Sillei vel ut alii Hillei[1] filium, qui sorores habuit Medusam et Argyroelen composuitque Argonautica. — Et illud >Battiades< (447) egebat explicatione et versus proximi (449), ex quibus ipsis Ovidium in animo habere Callimachum, Ibin Callimachi concludi non poterat. — Neque usquam in Ibide Ovidius exempla ita per particulas >et . . . et< inter se coniungit nisi hoc loce. Quod facile explicatur, si agitur de eodem Callimacho et de eodem Apollonio. At propter particulas illas ipsas adhibitas exemplum prius (447) spectare ad eandem Ibin Callimachi negandum est, sed tendere videatur veluti in epi-

[1]) Susemihl, Alex. Litt. G. I, 383, 50.

gramma; epigrammatis Apollonius quoque[1]) Callimachum persecutus est.

Deinde vero Callimachi *Αἴτια*, quibus vix ullum carmen Alexandrinum illa aetate tritius erat, Ovidium hisce de exemplis eligendis suum in usum convertisse conabor demonstrare.

Eteoclis Polynicisque (35) et Hippolyti (90. 577) fabulae supra (cf. p. 9,4. 15. 25) commemoratae sunt.

Praeterea in Aetiis, quae historiis deorum heroumque reconditis abundabant (Anth. Pal. VII, 42), Callimachus narraverat de Minoe a Cocali filiabus interfecto (289),[2]) de Cretensibus cum ossibus Minois a Cocali filiabus interempti ex Sicilia redeuntibus et a Corcyraeis vi repulsis, quod erat *αἴτιον* Cretensium in hospites Corcyraeos odii sempiterni (509)[3]) de Eurydamante a Simone ter circum tumulum Thrasylli raptato (331) deque Hectore simili modo ab Achille ipso quoque Thessalo circa bustum Patrocli tracto (333)[4]) — quibuscum fabulis Thessalicis artissime cohaerent exempla Thessali, Herculis filii (Apd. II, 166 Wg.; Gruppe Gr. Myth 113. 492,2), primi Thessalorum regis (Euseb. ad a. Abr. 224. Hyg. 225) ex Ossa praecipitati (285) et Eurylochi, qui illi successit, auctoris generis Aleuadum (Gruppe G. Myth. 115,8), ab anguibus interfecti (287)[5]) — de XII iuvenibus Troianis ab Achille in Patrocli rogo mactatis (375)[6]), de Limone ab equo furenti dilacerata deque adultero eius ipso quoque ad currum alligato et circum Athenas tracto (335. 459).[7])

---

[1]) Knaack apud Pauly-Wiss. II, 127,59 sqq. cf. supra p. 5,4.

[2]) Call. f. 5 Schn. Dittrich Callimachi Aetiorum l. I. Fleck. Jahrbb. Suppl. XXIII (1897) p. 187. 202. Schwartz Fleck. Jahrbb. Suppl. XII (1881) p. 449. Bethe Quaestiones Diodoreae (Gott. 1887) p. 97. Susemihl Alex. Litt. G. II, 51, 96b. Wagner Epitoma Vaticana (1891) p. 132 sqq. Robert apud Pauly-Wiss. IV, 2001, 24 sqq. Kienzle Ovidius qua ratione compendium mythologicum ad Metamorphoseis componendas adhibuerit (Basel 1903) p. 47, 21. cf. O. Crusius Sagenverschiebungen: Sitzgsb. d. Münch. Akad. 1905, p. 798.

[3]) cf. scholia.

[4]) Call. f. 466 (100aβ) Schn. *Αἴτιον τὸ Θετταλικὸν ἔθος.* Geffcken H. XXV (1890) p. 92. Schol. Cod. Bern. 711; cf. Merkel Proll. ad Apol. Rhod. p. XXII. Dittrich l. l. p. 189 sq. 203. Tümpel apud Pauly-Wiss. s. Eurydamas.

[5]) Quod scholiastae Ibidis Eurylochum stuprum filiae conatum a serpentibus consumptum esse docent (cf. p. 60,8. 61,8), non est abiciendum; talia enim argumenta perplacebant poetis Alexandrinis (cf. p. 38. 55,4). Quo magis fidem habemus nomini Callimachi a scholiastis ad utramque fabulam breviter adducto, sed corrupto in >unde Gallus<, qua de re cf. p. 28.

[6]) Call. f. 200. 262. Schneider Call. II, 77. Dittrich l. l. p. 189. 203.

[7]) Call. f. 457 Schn. *Αἴτιον* erat nomen loci cuiusdam Athenarum *ἵππον*

In secundo Aetiorum libro Callimachus certo narraverat Perilli exitum (437) ac verisimilius Phalaridis (439) quoque interitum parem.[1])

De Theudoti[1]) a saevo hoste ad Phoebi aram victimae ritu mactati fabula illustranda (465) Ellis aliis temporibus aliud protulit.[2]) Memoriam autem antiquam cognoscimus in scholiis G P C Ask., inter quae scholium P et perspicuitate et brevitate ut saepius excellit: Tyrrheni Liparea castra cum armis cepissent fortissimum eorum Apollini voverunt Theodotum nomine. — Revera Liparei bella acerrima gesserunt cum Tyrrhenis (Strabo VI, 275. Paus. X, 11,3. 16,7) et colebant imprimis Apollinem (Strabo l. l. Paus. l. l. Liv. V, 28,4) et procul dubio aram huius dei in arce — in castris aiunt scholiastae P C Ask. — exstruxerant. Scholiastae igitur se praestant fide dignos; auctorem quoque huius fabulae alias incognitae offerunt schol. G C Ask. >unde Gallus< mea quidem sententia corruptum ex nomine Callimachi (cf. p. 28) Callimachus idem insulam Liparam in hymno 3,46 sqq. hisce verbis commemorat:

τοὺς μὲν <Κύκλωπας> ἔτετμε
νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ (Λιπάρῃ νέον, ἀλλὰ τότ' ἔσκεν
οὔνομά οἱ Μελιγουνίς)

quae adnotatio sapit Callimachum eundem, qui composuit *κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίας* (Suidas; cf. Schneider Call. II, 323 sqq.). In origine autem Liparae illae quoque cum Tyrrhenis pugnae acerrimae narrandae fuerunt. Sed illud opus soluta oratione conscriptum (cf. Schneider l. l. p. 325) Ovidii ut poetae ob mentem hoc loco versatumne sit, dubitamus; multo est veri similius Callimachum doctrinam suam ex illo opere transtulisse ut in hymnum ita in Aetia, quorum ab indole non discrepat fabula illa, quoniam agitur de re sacra Apollinis (cf. Anth. Pal. VII, 42). Nomine quoque Theudoti, quod nomen pro Theodoto eligere Ovidius re metrica difficili non coactus est, quia ut in carmine ambagibus satis referto supprimere poterat, admonemur de Callimacho, quippe qui formam Doricam *Θευ* pro *Θεο* vel *Θου* Attica tantopere dilexerit, ut etiam *θεύς* scriberet pro *θεός*.[3])

Fabula, quae sequitur, Abderitarum (467) ab eisdem scholiastis C et Ask. ad Callimachum revocatur (fr. 544 Schn.; Gruppe

---

ταὶ κόρης (Aesch. in Tim. 182. schol. Ib. P ad 459) >Cognomina prisca locorum< docet Prop. IV, 1, 69 argumenta fuisse maxime idonea, quae Callimachi Aetiis exponerentur.

[1]) Th (T Vatic.) eodotus F T V Vatic. todotus P teodorus G.

[2]) In commentario et excursu et J. of Phil. XIV (1885) p. 98 sqq.

[3]) Epigr. 30, 4, hymn. 6, 57. fr. anon. 125.

Gr. Myth. 923, 3), quibus Geffcken (H. XXV [1890] p. 95) ut omnino hic quoque fidem habendam esse negat; at per se res prorsus credibilis est, nam in Aetiis mores singulares (cf. p. 31, 7. 34. 37, 8. 40) sacraque tractata sunt et mea quidem sententia narrationes Theudoti et Abderitarum a Callimacho quoque conexae erant et propter *αἴτιον* simile unius hominis pro populo toto dis oblati[1]) et propter Apollinem eundem, cuius imago in nummis Abderitanis exstat.[2])

Propter Cassandram ab Aiace in aede stupratam Minerva oculos signi sui averterat (Call. fr. 13 d Schn.); simili modo statua Minervae eiusdem (379) *Ἰλιάδος* (Gruppe Gr. Myth. 365, 12. 375, 13) oppidi Siris, quae sita erat in Lucania, faciem texit, quod L iuvenes (Justin. XX 2, 4)[3]) ab Achaeis sc. Metapontinis, Sybaritanis, Crotoniensibus (Justin. l. l.)[4]) in templo deae interfecti erant. — Ovidius verba facit de Minerva Bistonia i. e. Thracia (Her. 2, 90. Ex P. I, 2, 112. 3, 59. IV, 5, 35. Trist. I, 10, 23. Met. XIII, 430), quod statuam illius quoque Minervae fuisse revera Minervae Bistoniae-Thraciae arbitratus videtur. Hoc quoque loco ut in historiis Graecis infra p. 63 sqq. adducendis ex Trogo Pompeio Justini auctore pendere Ovidium iudicaremus, nisi Justinus, quamquam uberius hac ipsa in parte de peste, seditionibus calamitatibusque ex facinore illo ortis loquitur, miraculum illud satis memorabile, quod loco Ovidiano summi est momenti, omisisset, quod, si apud Trogum exstitisset, eum neglecturum fuisse negamus. Cum autem a poeta prematur *αἴτιον* ipsum:

propter quod facies nunc quoque tecta deaest, agaturque de rebus sacris, nostro iure fidem scholiastis C et Ask. et Salv. habemus, qui Callimacho (fr. 100 a *δ* Schn.) vindicant hanc fabulam, et Aetiis attribuimus, in quibus illum de oppidis Graecis illius regionis narravisse non ignoramus (fr. 444. 446. 447. 448. 493. 541 Schn.). Testimonium scholiastarum Geffcken (H. XXV [1890] p. 92 sq.)

---

[1]) cf. Usener, Stoff des griech. Epos: Sitzgsb. d. Wiener Akad. CXXXVII (1897) p. 60, 5.

[2]) K. F. Hermann, Ges. Abh. p. 108 sq.

[3]) In fonte scholiorum Ibidis, qui cum Justino cognatus est, videtur traditum fuisse >L viri< sed corruptum ita, ut >L evini< offeratur in editione Paris. 1573 et substitutum sit >multi viri< in schol. Salv. et P (cf. adnot 4) et >L emnii< in schol. G Ask. Cod. Bern. 711 (teste Merkel Proll. Apoll. Rhod. p. XXII) et >L emnii vel H emnii< in schol. C et >Lempnenses< apud Mure.

[4]) >a Lacedaemoniis< traditur scholiis omnibus — nam quod habet schol. P >multi Lacedaemones< depravatum videatur ex >multi viri a Lacedaemoniis< — quia scholiasta ex Herodoto (IV, 145) sciebat aliquid de Lemniis Lacedaemoniisque sicut cognovit Geffcken H. XXV (1890) p. 93.

despiciendum esse censet ut pleraque scholiastarum C et Ask. et Salv.; sed antequam abiciantur, examinentur; hoc vero loco Ovidiano cum rebus ipsis ad Callimachum simus perducti, nomen Callimachi in scholiis oblatum libenter accipiemus, ut fecit Dilthey de Callimachi Cydippa, p. 69.

Has fabulas Theudoti Liparensis (465) et Phalaridis Perillique (437. 439) et iuvenum Siris oppidi (379) inseruisse putamus Callimachum in secundo Aetiorum libro (cf. fr. 25 Schn.), in quo egit de Argonautis,[1]) idque ubi, quomodo Argonautae praeter Tyrrheniam et Siciliam et Magnam Graeciam praetervecti pervenissent Corcyram, narrabat.[2])

Sed de Phineo (265) et Lemniis (396) ex initio fabulae Argonautarum depromptis Ovidium in animo habuisse arbitramur minus Callimachi Aetia[3]) quam Apollonii Rhodii Argonautica.[4])

Menedemi herois Cretensium,[5]) ut ait scholiasta P, fatum verbis tangit Ovidius hisce (451):

Vulnera totque feras, quot dicitur ille tulisse,
cuius ab inferiis culter abesse solet.

Cum agatur de heroe quodam ac de re sacra et poeta *αἴτιον* proferat, fontem fuisse non iniuria censeamus Aetia Callimachi, cuius nomen revera praebet scholium P[6]) et in >Gallus< depravaverunt scholia C et Ask.[7]) Menedemum quendam heroem non novimus nisi ex Clementis Alexandrini Protr. (Cap. II, 40, 2 = p. 30, 17 sqq. Stählin): *ἔστι μὲν ἐφευρεῖν καὶ ἀναφανδὸν οὕτω κατὰ πόλεις δαίμονας ἐπιχωρίους τιμὴν ἐπιδρεπομένους· παρὰ Κυθνίοις Μενέδημον, παρὰ Τηνίοις Καλλισταγόραν παρὰ Δηλίοις Ἄνιον, παρὰ Λάκωσιν Ἀστράβακον. τιμᾶται δέ τις καὶ Φαληροῖ κατὰ πρύμναν ἥρως.* Quem locum breviter adduxit Ellis (p. 180), recte interpretatus est Geffcken (H. XXV [1890] p. 93 sqq). Anium enim Delium in Aetiis Callimachus commemoraverat (fr. 9 Schn., cf. Geffcken l. l. p. 95 sq.) et Androgeum *Φαληροῖ κατὰ πρύμναν ἥρωα* (fr. 33 b Schn.) et veri similius Callistagoram quoque Tenium, ut censet v. Wilamowitz apud Geffcken (l. l. p. 95, 1). Cum Geffcken igitur Menedemi quoque herois Cythniorum exemplum ex Callimachi Aetiis ipsis hausisse Ovidium

---

[1]) Susemihl, Alex. Litt. G. I, 354, 36.

[2]) Schneider, Call. II, 86/8.

[3]) Fragmentum elegiacum 197 Schn. cohaeret cum facinore illo Lemniarum; cf. Gruppe, Gr. Myth. 568, 2.

[4]) II, 179 sqq. I, 793 sqq.

[5]) cf. Höfer apud Roscher M. L. sub M.

[6]) fr. 100 a ε Schn.

[7]) cf. supra p. 28 sq.

arbitramur, ex fonte derivato Clementem et scholiastam Ibidis, qui Cythnum, quae ei non satis nota erat, commutavit cum Creta.

Transeamus ad fabulas Herculis, de quo in Aetiis procul dubio Callimachus egit.[1])

Theiodamantis narratio (487) non erat in numero vulgarium; deest enim inter Hygini Parerga Herculis (f. 31) et breviter tangitur ab Apollodoro (II, 153) neque quicquam narratur de pugna vehementi statim bove ab Hercule mactato exorta aut de Theiodamante occiso, sed: *τὸν ἕτερον τῶν ταύρων θύσας εὐωχήσατο, ὡς δὲ ἦλθεν εἰς Τραχῖνα πρὸς Κήυκα ὑποδεχθεὶς ὑπ' αὐτοῦ Δρύοπας κατεπολέμησεν.* Fabulas reconditas investigare atque exornare itaque nova proferre attamen *ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδειν* (fr. 442 Schn.) poetarum Alexandrinorum doctorum maxime est proprium ac revera et ab Apollonio Rhodio (I, 1212 sqq.), qui, ne longus sit, narrationem interrumpit, et a Callimacho[2]) Theiodamantis mors Dryopumque clades planius est exposita. Ovidium actionem sub aspectum paene subicientem: >quisquis ad arma vocantem iuvit inhumanum Theiodamanta Dryops< tantopere concinere cum Nonno (App. narr. XXVIII, 6 West) intellexit Knaack (H. XXIII [1888] p. 134): *τοῦ γὰρ Θειοδάμαντος ἀνελθόντος εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰπόντος ὡς >πολέμιος ἦλθεν εἰς τὴν χώραν ἡμῶν< ἐξῆλθον κατ' αὐτοῦ οἱ Δρύοπες* . . . , ut utrumque narrationem eandem coloribus splendidissimis illustratam in animo habuisse necesse sit. Quibus virtutibus caret Apollonii fabula, praestitit Callimachi, quod etiam ex circumscriptione scholiastae Apollonii elucet: *Ὁ δὲ Θ. ἐλθὼν εἰς τὴν πόλιν ἐστράτευσε καθ' Ἡρακλέους καὶ εἰς τοσαύτην ἀνάγκην κατέστη ὁ Ἡρακλῆς, ὡς καὶ τὴν γυναῖκα Δηιάνειραν καθοπλίσαι καὶ κατὰ μαζὸν τότε τετρῶσθαι· περιγενόμενος δὲ αὐτῶν καὶ ἀνελὼν τὸν Θ . . . . τούτων δὲ καὶ ὁ Καλλίμαχος μέμνηται* (fr. 410 Schn.) — Knaack l. l. p. 133 docet: Somit gehen die Übereinstimmungen (sc. inter Nonnum et scholiastam) allerdings in letzter Instanz auf eine gemeinsame Quelle zurück, die aber nicht Kallimachos gewesen sein kann, weil sein Zeugnis beim Scholiasten des Apollonios nur als accessorisch gelten darf. Nomen vero Callimachi una cum fabula hausit scholiasta ex fonte suo, mythographo aliquo, ut recte censet Knaack ipse (p. 133, 1)[3]) Callimachum fuisse auctorem illius mythographi

---

[1]) fr. 365, 383, 414, 559, an. 29, 123 Schn.

[2]) fr. 410, 151, 240, 423, 435, 476, 491b fr. an. 43, 111, 132 Schn. Knaack Callimachea (Stettin 1887) p. 12 sq. — H. XXIII (1888) p. 131 sqq. Gruppe, Gr. Myth. p. 489, 1, 492, 3.

[3]) Das Kallimachoscitat am Schlusse der Erzählung ist, wenn meine Vermutung, daß ein Excerpt aus einem Handbuche vorliegt, richtig ist, für die

nobis est persuasum eo magis, quod Nonnus fabulam adducit propter *αἴτιον· ὁ Ἡρακλῆς ἐστιν ὁ καλούμενος Βουθοίνας· ἐκλήθη δὲ διὰ τοιαύτην αἰτίαν . . . ἐπειδὴ ὅλον ἐθοινήθη τὸν βοῦν.* Hercules vocatur saepius *βουφάγος*;[1]) illud autem cognomen ut rarius[2]) et fortasse in illa regione sola divulgatum, quod in Aetiis explicaretur, imprimis idoneum est visum Callimacho; et cum apud Apollonium (I, 1218 sq.) Hercules bovem profliget comedatque nulla re adductus nisi, ut Dryopes ad pugnam provocet et pro aliorum iniuriis ulciscatur, illam famem ipsam Callimacho fuisse memorabilem ex eiusdem hymno 3, 160 sq. cognoscimus:

ἔτι οἱ πάρα νηδὺς ἐκείνη
τῇ ποτ' ἀροτριόωντι συνήντετο Θειοδάμαντι.

Tum Ovidius adicit Lichae fabulam (491) ipsam quoque aetiologicam; petram enim natam esse quae Lichas appellatur, docet Hyginus (f. 36; cf. Strabo IX, 426. Ov. Met. IX, 211 sqq.; Gruppe Gr. Myth. 490, 6). Apud Callimachum quoque in Aetiis Lichae narrationem cohaesisse cum Theiodamantis inde intellegimus, quod verba fr. 410 Schn. *τοῦ παιδὸς πεινῶντος καὶ τοῦ παιδαγωγοῦ Λίχα ἀπολιμπανομένου συντυχὼν τῷ Θειοδάμαντι ᾐτεῖτο ὀλίγην τροφὴν* . . . hac in Dryopum fabula satis supervacanea perbene explicantur, si poetam eis Lichae fabulam ipsam indicere et sic facilius adnectere voluisse arbitramur, qua origo *Λιχάδων* exposita erat haud multo distantium a regione illa Dryopum et a Trachine oppido et a monte Oeta in fabula illa Callimachea commemorato. Tales ad minutias saepius Callimacho fuit recurrendum, ut *αἴτια* singula inter se conecteret.[3]) Huius narrationis *αἴτιον* ipsum deprehendimus in fr. an. 90 Schn.: *ἆχι Λίχα μέγα σᾶμα· τουτέστιν ὅπου τοῦ Λίχα τὸ μέγα μνημεῖον* i. e. petra illa, quod fragmentum propter caesuram *κατὰ γ' τροχαῖον* Callimachi esse potest, hoc autem in rerum conexu optimo iure attribuatur ac miremur, si Callimachus ad *αἴτιον* illud satis memorabile narrationem ipsam, quippe quae ad res heroicas in Aetiis praecipue tractatas (Anth. Pal. VII, 42) tendat, adiungere intermiserit. Nunc compertum fortasse habemus, quo fonte usus transfigurationem, quae ut in Metamorphosibus (IX, 211 sqq.) summi est momenti, addiderit Ovidius

---

Frage nach der Abfassungszeit des letzteren nicht unwichtig; vgl. Bethe, Quaest. Diodoreae (Gött. 1887) p. 97.

[1]) Preller, Gr. Myth. II, 246, 265 sqq.[3]) Stoll apud Roscher M. L. sub *β*.

[2]) Knaack, l. l. p. 135, 1. 320. Stoll l. l. Jessen apud Pauly-Wiss. sub *β*. Gruppe, Gr. Myth. 500, 2. 3. 4.

[3]) cf. Dittrich, Callimachi Aetiorum l. I: Fleck. Jahrbb. Suppl. XXIII (1897) p. 165 sqq. 200 sqq.

ad fabulam de Lichae morte sola a mythographis (Apd. II, 158) traditam.[1])

De Lino, filio Apollinis et Psamathes Crotopi filiae (573, 480)[2]) et de Peste ab Apolline missa[3]) et a Coroebo interfecta (575)[4]) exstabat elegia laudatissima eaque libri Aetiorum primi[5]) Callimachi, cuius verba ipsa (fr. 315 Schn.) *τὸν σὲ Κροτωπιάδην* apud Ovidium (480) recognoscimus:

quique Crotopiaden diripuere Linum <canes>; Ovidius quod Psamathen vivam a patre in terram infossam (schol. G C Ask.) et patrem deinde a Phoebo in ima Tartara coniectum esse solus[6]) refert, eiusdem Callimachi vestigia pressisse putandus est.

Una cum Lino (480) affert Ovidius Thrasum (477) et Actaeonem (479) ipsos quoque a canibus dilaceratos.[7]) Thrasi Anii filii fabulam meritissimo scholiastae Ibidis Callimacho vindicant;[8]) quin etiam *αἴτιον* >canibus Delos non adeunda< apud poetam Romanum invenimus. Actaeonis fabula occurrit in narratione inde a Callimacho (hymn. 5, 110 sqq.) usitata (Apd. III, 30 sqq. Wagner Epit. Vatic. (1891) p. 105. Hyg. f. 180. Ov. Met. III, 138 sqq.).[9])

---

[1]) Nil de Ovidii fonte ausus est suspicari Kienzle, Ovidius qua ratione compendium mythologicum ad Metamorphoseis componendas adhibuerit (Basel 1903) p. 56, 13. — Quod Hyginus quoque f. 36 praebet permutationem, Dietze Komposition u. Quellenbenutzung in Ovids Metamorphosen (Hamburg 1905) p. 57 censet et Ovidii et Hygini fuisse fontem Metamorphoses Theodori; nostra vero sententia Hyginus pendet ex Ovidii carmine illo Metamorphoseon laudatissimo, cuius de verbis ipsis >terque quaterque rotatum mittit in Euboicas tormento fortius undas< admonemur apud Hyginum: Hercules Licham... rotatum in mare iaculatus est.

[2]) fr. 315 ∾ fr. an. 110. fr. 127 Schn. Greve apud Roscher M. L. II, 2054. Stoll et Höfer apud Roscher M. L. s. Krotopos et Psamathe. Preller-Robert Gr. Myth. I, 462, 6 sq.[4] Gruppe Gr. Myth. 776, 2 cf infra p. 59, 12. 61, 6.

[3]) fr. 276. 486. 424. 473. 308 Schn. Ilberg apud Roscher M. L. III, 2603, 56 sqq. Gruppe Gr. Myth. 768, 6. 846, 6.

[4]) fr. 13 e. 534. 307, 433. 4. Schn. Stoll apud Roscher M. L. s. Koroibos. Gruppe Gr. Myth. 486, 3.

[5]) Knaack Analecta Alexandrino-Romana (Gryphiae 1880) p. 13 sqq. Dittrich l. l. p. 178 sqq. 201 sq. Gruppe Gr. Myth. 174, 23.

[6]) Höfer apud Roscher M. L. III, 3196, 46. 3197, 2. Stoll ibidem II, 1575, 6 sqq.

[7]) cf. infra p. 59, 10. 11. 12. 61, 4. 5. 6.

[8]) fr. 9 Schn. Geffcken H. XXV (1890) p. 95 sq. Preller-Robert Gr. Myth. I, 463 sq.[4] Oertel apud Roscher M. L. I, 354, 3 sqq. Gruppe Gr. Myth. 969, 6. De Anio et Oinotropis filiabus (Met. XIII, 633 sqq.) a Callimacho tractatis cf. Oertel l. l. I, 353, 47 sqq. Gruppe Gr. Myth. 234, 11. Dittrich l. l. p. 185. 202.

[9]) Wentzel apud Pauly-Wiss. I, 1210, 31 sqq. Gruppe Gr. Myth. 969, 5.

Quaeque sui venerem iunxit cum fratre mariti
Locridis ancillae dissimulata nece (351).

>Locris in<, quod habent codices, propter rem grammaticam nequit probari; iam inde corruit id, quod Ellis proponit de Arsinoe-Locride (Cat. 66, 54) et Ptolemaei Cerauni et Ptolemaei Philadelphi uxore,[1]) idque eo magis, quod hoc Ibidis loco agitur sine dubio de amore scelesto (cf. 349 sq. 353 sqq.) nece ancillae sola dissimulato. Quod scholiastae G C Ask. adnotant, *αὐτοσχεδίασμα* minime olet: Hypermestra deprehensa in adulterio cum fratre mariti sui tenebris adiuta evasit; deinde servum suum et — nomen corruptum exstat, melius scholiasta P: occiso adultero — Locrin ancillam necavit. unde Gallus. Hoc in nomine latere Callimachum a scholiasta Salvagniano ipsum ad hunc locum additum (fr. 100 a γ Schn.) supra (p. 28 sq.) est disputatum. Scholiastae fide digni sunt ob id, quod tale argumentum amatorium (cf. p. 31, 5. 55, 4.), quod tractaretur a poeta Alexandrino erat aptissimum neque Ovidius fabulam huius Hypermestrae alias incognitae tam leviter adumbrare satis habuisset nisi divulgata fuisset a poeta praeclarissimo.

Callimachi epigramma[2]) de Cleombroto philosopho laudatissimum[3]) Ovidius meminerat (493) neque vero perpendit; mutavit enim verba: *ἥλατ᾽ ἀφ᾽ ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ᾽Αίδην* in: vel de praecipiti venias in Tartara saxo.

Exstant praeterea nonnulla exempla, quae fortasse Callimacho attribui possint.

Therodamantem genere Libyn (schol. P.) homines leonibus proiecisse per Ovidium solum (383)[4]) novimus neque quisquam, qui fabulas Libycas ad id temporis incognitas tractaret et divulgaret, aptior fuit poeta Cyrenaeo.[5]) In scholiis C et Ask. additur: ut testatur Darius quod nomen corruptum fortasse est ex Callimachi (cf. p. 28. 40.).

In versibus 499 sq. codicibus optimis et scholiis[6]) traditur >Lindia virgo< neque vero >Lydia virgo<, quod Ellis (p. 181 sq.) interpretari conatur, qui virgines Lydias >invicto deo mala verba

---

[1]) cf. Schenkl, Zschr. f. d. ōsterr. Gymn. XXXIV (1883) p. 263.

[2]) epigr. 23 Wil. Sinko, de Call. epigr. 23 Wil.: Eos XI (1905) Hauvette Les épigr, de Call.: Rev. des ét. Gr. XX (1907) p. 311 sq.

[3]) Cic. Tusc. disp. I, 34, 84. pro Scauro 4. Agathias Anth. Pal. XI, 354, 17 sqq.

[4]) Ex P. I, 2, 121 una cum Diomede eodem (381) affertur Theromedon, qui idem esse ac Therodamas Ibidis visus est viro doctissimo Schenkl, Zsch. f. d. ōsterr. Gymn. XXXIV (1883) p. 267.

[5]) Aetiorum fragg. Libyca collegit Schneider Call. II, 93.

[6]) >Lidia virgo< quod praebent T V Mure et scholia C et Ask. ortum est ex vocabulo >Līdia< per compendium ut in G scripto (cf. p. 40, 1. 2.).

dixisse< explicare nequit. Deus ille invictus, cui malis verbis dictis vesana se praecipitavit ex scopulis Lindia virgo, est secundum scholia G et P Hercules; sed doctrina horum scholiastarum est hic conflata ex loco Ovidii ipso et ex fabula de Hercule Lindiisgue vulgari (Apd. II, 118. Conon Narr. 11.). Contra in scholiis C et Ask. ab Ellis non satis perpensis (p. 182) hoc exstat memoriae proditum: Lindiae virgines convicia Baccho ingerentes et festum eius profanantes nimium potae de quodam monte se praecipitaverunt, ut ait Gallus. — Bacchus ab Ovidio haud inepte invictus deus vocatus[1]) Rhodi revera pie colebatur[2]) et denegantes sibi honores divinos insania — nimium potas schol. — affecisse dicebatur veluti Lycurgum (Apd. III, 35) praecipueque mulieres (Apd. II, 26 sqq. III, 36 sq.); scholiastae igitur rebus perpensis fide dignos se praebent; auctorem quoque significant: ut ait Gallus; quod nomen saepius esse corruptum ex Callimacho supra p. 28 sq. statuere potuimus. Revera ab Aetiis Callimachi minime fuit alienum fabulas deorum antea abditas et cum sacris cultuque regionum quarundam conexas propagare (Anth. Pal. VII, 42, 3 sq.). Huic de virginibus Lindiis narrationi Callimacheae rebus explanatis meo iure frag. anon. 281 Schn., quod Ellis in adnotatione ad scholia adiecta haesitans protulit, aperte vindicare ausim depromptum procul dubio ex poemate elegiaco:

κοῦραι πετράων ἤριπον ἐξ ὑπάτων

atque optime consentiens cum arte metrica Callimachi,[3]) et praeterea fr. an. 70 Schn.: *ἐπ' οὔρεος ἀμβώνεσσι;* per >scopulum< apud Ovidium non semper significari rupem ad mare sitam cognoscimus ex Met. VI, 70. quo loco Areopagus vocatur >scopulus Mavortis<; scholiastae quoque C et Ask. tradunt: de monte quodam se praecipitaverunt. Callimachum ut poetam doctum libenter adhibuisse censemus vocabulum Rhodiorum proprium: *καὶ γὰρ οἱ Ῥόδιοι ἄμβωνας καλοῦσι τὰς ὀφρυώδεις τῶν ὀρῶν ἀναβάσεις* (Erotiani vocum Hippocraticarum conlectio p. 53, 7 ed. Klein 1865).

Distichum 621 sq. sic est cum Ellis (in commentario p. 167) restituendum:

---

[1]) Ellis p. 182. Kern apud Pauly-Wiss. V, 1038, 38 sqq.

[2]) Preller-Robert Gr. Myth. I, 679, 6^{4}. Gruppe Gr. Myth. 269, 11.

[3]) Cyrenaeus enim omnium politissimus et accuratissimus numerorum artifex hanc fere hexametri pentametrique perfectam sibi proposuit imaginem, ut sedatiore ingressu exorsi numeri eundo tamquam crescentes summa celeritate exitum peterent. Et pentametri quidem, cuius altera pars non potuit nisi dactylica esse, necessario ita tulit natura, ut, ne cursu solutiore praecipitarentur numeri prioris partis, crebriores essent duo spondei vel singuli spondei dactylique quam bini dactyli: Kaibel Observ. crit. in Anthol. Gr.: Comm. in honorem Mommseni (1887) p. 326.

Aethalon ut vita spoliavit Isindius[1]) hospes — Ἴσινδος πόλις Ἰωνίας, ὁ πολίτης Ἰσίνδιος ut ait Stephanus Byzantius —

quem memor a sacris nunc quoque pellit Ion,[2])
sic tua coniectis fodiantur viscera telis (625),

i. e. Isindii tunc quoque ab Ionibus arcebantur festis sacrisque communibus Πανιωνίων. Qua historia, quam nisi hoc loco nusquam reperimus, cum proferatur ab Ovidio ipso αἴτιον (cf. p. 34. 37.) quoddam agaturque de re sacra, a Callimacho in Aetiis esse exhibitam licet conicere, quippe in quibus sacra imprimis esse respecta sciamus (cf. Prop. IV, 1, 69.).

Quod Ovidius narrat de Brotea quodam (517):

Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis,
des tua succensae membra cremanda pyrae,

videbatur explicari Apollodori epitoma (2, 2): Ὅτι Βροτέας >Tantali filius< κυνηγὸς ὢν τὴν Ἄρτεμιν οὐκ ἐτίμα· ἔλεγε δὲ ὡς οὐδ' ὑπό πυρός τι πάθοι· ἐμμανὴς οὖν γενόμενος ἔβαλεν εἰς πῦρ ἑαυτόν.[3]) Neque vero ibi quicquam exstat de cupidine mortis aut taedio vitae aut >pyra< a Brotea ipso succensa ut apud Ovidium. Praestat autem id, qnod scholiastae C et Ask. (et G) offerunt neque ex Ovidio ipso poterant colligere neque alibi reperimus[4]): Broteas Iovis filius excaecatus est a Iove, quia nequissimus erat, et ideo proiecit se in pyram ardentem odio habens vitam suam ut ait Darius. — Sub hoc nomine latere hoc quoque loco ut saepius (cf. p. 28. 38.) Callimachum censeamus idque eo magis, quia imprimis Aetia illius fabulas deorum heroumque antea abditas continebant (Anth. Pal. VII, 42.).

Praeter Callimachum quin Ovidius vestigia aliorum quoque poetarum Alexandrinorum presserit, dubitari nequit. De Aegiale enim Diomedis uxore a Venere ad stuprum seducta (349; Met. XIV, 476 sqq.) sequitur Lycophronem (Alex. 610 sqq.),[5]) qui ipse Mimnermum imitatur (Tzetzes ad Lycoph. 610; fr. 22 Bgk[4]), neque versionem Palamediae epicam tragicamque, secundum quam Oeax,[6]) Palamedis frater, Aegialam impulit, neque versionem a poetis Alexandrinis

---

[1]) isidius GF, ysidius T, ysindius PX; cf. p. 38, 6.

[2]) ion FV, yon HMX, io GP, yo T; cf. p. 38, 6. Io autem, nomen deae Aegyptiae ab Ellis quoque propositum, semper est vocali >i< producta apud Ovidium quoque et is locus, ad quem Ellis recurrit, Her. 14, 103 >Quae tibi causa fugae? quid, Io, freta longa pererras?< merito a Riese in >qnid iam< vel facilius ab Ehwald in >quid tu< est correctus.

[3]) Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 159 sq. Ellis I. of Phil. XXIV (1896) p. 178 sq. Gruppe Gr. Myth. 441, 5. 1273, 4.

[4]) Wagner apud Pauly-Wiss. sub Broteas n. 2.

[5]) Roscher in M. L. s. A. Knaack apud Pauly-Wiss. s. A. n. 2. Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 268 sq. Gruppe, Gr. Myth. 698, 2.

[6]) Holzinger, ad Lycoph. 610.

arreptam (Lycoph. 1093 sqq. 1217 sqq.) et in enchiridia fabularum Alexandrina receptam (Apd. epit. 6, 9. Tzetzes ad Lycoph. 386. 1093. 1217; cf. p. 55 sq. 61.)[1]) secundum quam Nauplius Palamedis pater eam ut alius ducum feminas seduxit.

Non ex Bione vel Nicandro,[2]) sed ex Euphorione assumpsit exemplum Hyacinthi ab Apolline necati (587); Euphorionem enim solum ut Ovidium Met. X, 207 sq. et XIII, 394 sqq. duplicem floris et ex Hyacintho et ex Aiacis sanguine originem coniunctim commemorasse Schultze (Euphorionea (Argentorati 1888) p. 31 sq.) perspexit.[3])

Orphei exitum (599) noverat poeta Sulmonensis ex Phanoclis elegia, quae inscribtur Ἔρωτες ἢ καλοί (fr. 1 Bach), a quo perinde atque ab illo (Met. XI, 1 sqq. 7. X, 79 sqq.) vatem Thracium, quod Eurydica mortua muliers contempsisset et puerorum amorem petiiset, a feminis ira ac furore incensis trucidatum esse narratur.[4]) Idem Phanocles sine dubio adduxit causam quoque illius facti, Eurydicam ab angue venenatam (481; Met. X, 8 sqq.).[5])

Fabulam illam de Icaro et Erigona (611) iam tetigit Ovidius Met. X, 450 sq.; utroque loco certo in animo habuit carmen illud Eratosthenis laudatissimum Erigonae, quod Maaß (Phil. Unters. VI (1883) cf. p. 57 sqq. 70 sqq. 89. 118. 119.) restituere conatus est.[6])

Nicandri Ἑτεροιουμένων illi in mentem venit hisce in exemplis: Ceycis in fabula narranda (275) sequiter ut Met. XI, 410/748 illius vestigia, quod Probus ad Verg. Ge. I, 399 testificatur.[7])

Indidem Erysichthonis et Mestrae filiae fabulam (425)

---

1) Wagner l. l. p. 269. Gruppe, Gr. Myth. 700, 3.

2) Susemihl, Alex. Litt.-G. I, 234, 112. Gruppe, Gr. Myth. p. 166, 2.

3) Dietze, Komposition u. Quellenbenutzung in Ovids Met. (1905) p. 55 sq. cf. Susemihl l. l. I, 396, 105 b. Lafaye, l. l. p. 169, 1.

4) Gruppe apud Roscher, M. L. III, 1166, 67 sqq. Lafaye, Les Mét. d'O. et leurs modèles Grecs (Paris 1904) p. 169. Quod contra Vollgraff De Ovidii mythopoeiá (1901) p. 50, 102 profert, lubricum videatur.

5) Orphei et Eurydicae fabulam inde ab aevo Alexandrino perplacuisse docet Ribbeck, G. d. röm. D. II, 52. Gruppe, l. l. III, 1158, 6 sqq. 1159, 54 sqq. et Gr. Myth. 875, 5. Kern apud Pauly-Wiss. VI. 1323, 14 sqq. 1324, 13 sqq. cf. infra p. 60, 4. 61, 11. 12.

6) cf. Gruppe, Gr. Myth. 47, 1. 887, 2. 945, 4. 946, 8. Escher, apud Pauly-Wiss. sub E. 2.

7) Schneider, Nic. fragg. 64. v. Wilamowitz, H. XVIII (1883) p. 417, 2. Rohde, Griech. Roman p. 124, 2². Susemihl, Alex. Litt.-G. I, 305, 123. Wernicke apud Pauly-Wiss. I, 1581 (Alc. c.) Lafaye, l. l. p. 48 sq. 86, 1. 176. Gruppe, Gr. Myth. 843, 2. Kienzle, Ovidius qua ratione compendium mythologicum ad Met. componendas adhibuerit (Basel 1903) p. 59, 1. Dietze, l. l. p. 23. 45. Falso Alcyonae Aeoli filiae fabulam Dietze (l. l. p. 50) Theodoro altero loco a Probo adducto vindicare conatur.

mutuatus est ut Met. VIII, 738 sqq.[1]) et Macelus una cum coniuge fulmine ictae (475)[2]) et Phalaeci a leaena dilacerati (501)[3]) et Batti[4]) in saxum mutati (586) ut Met. II, 687 sqq.

De Meleagro ab Althaea matre morti oblato (601) sequitur Ovidius, ut ex Met. VIII, 270 sqq. cognoscimus, versionem Euripidis de Meleagro tragoediae,[5]) de sororibus autem Meleagri praeter Gorgen et Deianiram in aves transformatis (Met. VIII, 542 sqq.) Nicandri *Ἑτεροιούμενα*.[6])

De Hero et Leandro (589) Ovidius ut A. a. II, 249. Am. II, 16, 31 sq. Trist. III, 10, 41 sq. in animo habet fabulam illam aetate Augustea laudatissimam, ut cognoscimus ex Vergilio (Ge. III. 258 sqq.) et Propertio (IV, 15, 15 sq. III, 22, 25 sq. M.).[7]) Quam fabulam ad Hellespontum popularem[8]) primus Callimachus fortasse in Aetiis[9]) praeclarissimum suavissimumque in modum exornavit, ex quo pendent cum alii tum Pseudo-Ovidius (Her. 18 sq.)[10]) et Musaeus.

---

[1]) fr. 45 Schn. Anton. Lib. Narr. 17, 5 (cf. Bethe, Ovid u. Niconder: H. XXXIX (1904) p. 7.) Palaeph. De incred. 24 W. Crusius apud Roscher M. L. I, 1375 sqq. In Metamorphosibus Ovidius videtur lumina quaedam enarrationis ex hymno VI quoque Callimachi imposuisse, qui a Nicandro Ovidioque imprimis eo differt, quod Erysichthonem inducit adulescentem neque quicquam addit de filiae permutationibus. cf. Lafaye l. l. p. 132 sqq. Kern apud Pauly-Wiss. sub Erysichthon 1.

[2]) Schol. Salv. ad Ib. 475. Nic. fr. 116 Schn. neque est, quod hoc testimonium secuti Geffcken (H. XXV (1890) p. 93, 2) damnemus. Tümpel apud Roscher M. L. s. M. Nicander ipse imitari videtur Callimachi Aetia (fr. 504 Schn.) Rohde, Gr. Roman p. 506, 2.[1]. cf. infra p. 59, 9. 61, 13.

[3]) Nic. fr. 38 Schn. = Ant. Lib. 4. Stoll apud Roscher M. L. s. Ph.

[4]) Nic. fr. 40 Schn. = Ant. Lib. 23. Knaack apud Pauly-Wiss. s. Battus n. 1. De Nicandro Ovidii auctore non debuit dubitare Eitrem, Phil. LIX 1900) p. 60. cf. Dietze l. l. p. 31 sqq. cf. infra p. 46. Vollgraf, Nicander u. Ovid. I (1909) 111 sqq. 134.

[5]) de qua conferas Kuhnert apud Roscher M. L. II, 2598 sqq. 2601. Kienzle l. l. p. 52 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 348, 14. cf. infra p. 48, 7.

[6]) Holland apud Roscher M. L. II, 2586, 56 sqq. Plähn, de Nicandro aliisque poetis Graecis ab Ovidio in Metamorphosibus conscribendis adhibitis (1882) p. 44. Kienzle l. l. p. 34. 53. Dietze l. l. p. 26 sq. Lafaye, Les Mét. d'Ovide et leurs modèles Grecs (1904) p. 150 sqq. 151, 8. 176.

[7]) cf. Knaack, H. u. L.: Festgabe für Susemihl (1898) p. 67. 60. 71. 73.

[8]) Rohde, Gr. Roman p. 134, 1.[1]. Knaack, l. l. p. 76 sqq.

[9]) Knaack l. l. p. 55.

[10]) Rohde l. l. p. 133 sqq. Klemm, De fabulae, quae est de Herus et Leandri amoribus, fonte et auctore (Lpz. 1889) p. 43 sqq. Weizsäcker apud Roscher M. L. II, 1919, 47 sqq. 1920, 43 sqq. Knaack, l. l. p. 46 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 314, 7 (Ntr.). Ex Callimachi poemate servata videntur fragmenta quoque anonyma 170 Schn.: *ἤβολον ἦμαρ· καθὸ ἀπαντῶσιν εἰς ταὐτόν· ἢ εὔκαιρον, ἱερόν* et fr. 285: *ἀκμήν τοι βρύα τῆμος ἐπὶ στήθεσσι κέχυνται,* quod dictum est de corpore hominis modo e mari eiecti etiam tum musco

De Hippomene Atalantaque, Schoenei filia, (457. 372) et de procis illis Atalantae miserrimis (371) Ovidius meminerat fabulae a se in Metamorphosibus (X, 560 sqq.) enarratae, quae a fabula vulgari, quam cognoscimus apud Hyginum (f. 185)[1]) et apud Apollodorum (III, 108 sq.) fabulam Atalantae Schoenei filiae cum fabula Atalantae Jasi filiae confundentem, satis differt hisce rebus: Primum Atalante oraculo, ne nubat, deterretur (564 sqq.); hac re mores eius et crudelitas certaminis optime excusatur. Venatrix autem (567) amorem spernens a poetis Alexandrinis cum studio celebrabatur (cf. Rohde, Gr. Roman p. 147, 4.[1]) Deinde Atalante currit nudata (578) vel fere nudata (591. 594 sqq.), non armata (Apd. III, 107, Hyg. 185); sentimus mollitiem poeseos Alexandrinae delicias corporis potius depingentis (cf. Helbig, Untersuchungen über die camp. Wandmalerei (1873) p. 249 sqq. Knaack, Alex. Litt. apud Pauly-Wiss. I, 1401, 21 sqq.). — Tum virgo pulchritudine iuvenis tacta (cf. Rohde, l. l. p. 150) ac negans, amans neque sentiens amorem, ipsa dehortans, haesitans, a patre populoque tandem ad certamen coacta suavissime describitur, quam artem eandem recognoscimus veluti in sermonibus intimis heroidarum multarum indolem artis Alexandrinae aperte prae se ferentibus (cf. p. 56,5). — Tum apud Ovidium (644 sqq.):

> Est ager, indigenae Tamasenum nomine dicunt,
> telluris Cypriae pars optima, quam mihi prisci
> sacravere senes templisque accedere dotem
> hanc iussere meis;

sentimus doctrinam poetae Alexandrini alicuius *αἴτια* sacra non praetermittentis. — Atalante pomis Hippomeni capta conferri potest cum Cydippa pomo Cydonio promissa Acontio (Dilthey, de Callimachi Cydippa (1863). Schneider Call. II, 99 sqq. Rohde l. l. p. 87). — Tum Ovidius (680 sqq.) Hippomenem, cum Atalantam in patriam duceret, cupidine incensum fanum temeravisse narrat, Apollodorus vero (III, 108): *καί ποτε λέγεται θηρεύοντας αὐτοὺς εἰςελθεῖν εἰς τὸ τέμενος·* Apud Hyginum (f. 185) Venus, quod Hippomenes Jovi Victori immolat, non sibi, ira inflammatur. Apud Ovidium Hippomenes omnino caelestibus gratiam referre omittit: intellegimus elegantiam poetae, qui fabulam amatoriam praebeat continuam

---

marino tecto. Pseudo-Ovidii quoque Her. 20. 21 (de Cydippa et Acontio) pendent ex Callimachi Aetiis (Dilthey, De Callimachi Cydippa 1863. Rohde, Roman p. 87 sqq.[1].) et Ovidii Her. 2 (de Phyllide) (Rohde, Roman p. 37, 3. 128, 1. 473, 2.[1]. Knaack, Analecta Alex.-Rom. Greifswald 1880 p. 19 sqq.).

[1]) Quamobrem dissentio a Dietze, Komposition u. Quellenbenutzung in Ovids Metamorphosen (Hamburg 1905), qui p. 57 et Ovidium et Hyginum hausisse censet ex Theodori Metamorphosibus.

neque inducat Venerem feminam invidiosam insidiosamque, sed deam meritissimo iratam (681 sqq.):

contemptuque dolens, ne sim spernenda futuris,
exemplo caveo meque ipsa exhortor in ambos. —

Tum in versibus quoque proximis (686 sqq.):

templa deum Matri quae quondam clarus Echion
fecerat ex voto —

hoc nemo narrat nisi Qvidius hoc loco —

<recessus> religione sacer prisca, quo multa sacerdos
lignea contulerat veterum simulacra deorum

conspicimus vestigia poetae alicuius Alexandrini *αἴτια* sacra tractantis. Quod sacra oculos retorserunt(696), argumentum simulacrorum ob flagitia hominum oculos retorquentium vel tegentium imprimis placuisse Callimacho novimus ex fabula Aiantis Oilei filii (fr. 13 d Schn.) et Siritanorum (cf. p. 33 sq.). — Denique Magnae Matris in leones Hippomenem et Atalantam esse permutatos fano illius deae concubitu profanato Ovidius solus[1]) commemorat et hoc loco (686 sqq.) et Ib. 457 differens a fabula universa[2]) illorum Jovis sacro laeso a Jove in leones transformatorum. Quo modo poeta ille, cur leones pertinerent ad cultum Magnae Matris[3]) explicavit. — Poetam illum Alexandrinum et elegantia narrationis et doctrina *αἰτίων* eminentem fuisse Callimachum fortasse liceat conicere. Cuius poeseos de indole aitiologica audiamus Rohde (l. l. p. 84 sqq.[4]). Illum imprimis respexisse *αἴτια* sacra scimus ex Anth. Pal. VII, 42 et Prop. IV, 1, 69.

De sacris Magnae Matris et de Attide Ovidius admonuit versibus antecedentibus (453 sqq.) secutus poetam aliquem aetatis Alexandrinae, ex qua haec argumenta perplacebant,[4]) fortasse Callimachum ipsum, qui certo metro galliambico usus est[5]) neque adhibuisset, nisi fabulas indole tali tractasset.[6])

---

[1]) cf. Gruppe, Gr. Myth. 88, 18. 858, 3. Ovidium sequitur Servius ad Verg. Aen. III, 113 sqq., Servium Mythogr. Lat. I, 39. cf. Lafaye, Les Mét. d'O. et leurs modèles Grecs (1904) p. 176 sq.

[2]) Apd. III, 108. Hyg. 185. Rohde, Gr. Roman p. 35 sq.[1]. cf. Eitrem, Phil. LVIII (1899) p. 464 sq. Laudien, Studia Ovidiana (Gryphiae 1905) p. 10 sq. 15 sqq.

[3]) cf. Gruppe, Gr. Myth. 1277, 10. 1538, 2. Ovidius ipse aliter Fast. IV, 217 sq. explicat: feritas mollita per illam
creditur; id curru testificata suo est.

[4]) Cumont apud Pauly-Wiss. II, 2248, 49 sqq. 58 sqq. 2250, 54 sqq. Hepding, Attis (= Religionsgesch. Versuche u. Vorarbeiten hg. v. Dieterich u. Wünsch. Gießen 1903) p. 100 sqq. 139 sqq.

[5]) v. Wilamowitz, Die Galliamben des Kallimachos u. Catullus: H. XIV (1879) p. 194. Knaack, Alex. Litt. apud Pauly-Wiss. I, 1402, 4.

[6]) Susemihl, Alex. Litt. G. I 364 sq. Hepding l. l. p. 7. 140 sq.

V. 507 sq. Ovidius iterum Attin commemorat:

Sive idem, simili pinus quem morte peremit,
Phryx ac[1]) venator sis Berecynthiades,

i. e. Attis[2]) Phryx ac venator[3]) Berecynthius,[4]) quem simili morte pinus peremisse dicitur ac Thoantem (505), cuius nomen scholiis solis debemus, i. e. ut scholiastae P C Ask. docere conantur, capite apri suspenso vel, ut scholiastae Salvagnii et Ellis melius fortasse, cum Ovidius dicat >simili morte< non >eadem<, pomo pineo. Hanc de morte Attidis narrationem hoc loco solo traditam[5]) perinde ac fabulam de Attide in pinum permutato (Met. X, 103 sqq.)[6]) a nullo praeterea prolatam Ovidius hausisse videatur ex poeta illo Alexandrino,[7]) cuius fuerit nova certis in regionibus tradita investigare atque exornare argumenta.

Mea quidem sententia Thoantis (505) venatoris Carici (cf. schol. P C Ask.) mortem singularem, quam nisi ex hoc loco scholiisque nusquam comperimus, tam arte conexuit Ovidius cum exitu Attidis simili, quod auctori eidem debuit.

De Absyrti morte (435) alii alia rettulerunt (cf. Roscher et Seeliger apud Roscher M. L. s. A.). Quod autem Ovidius v. 435 et Trist. III, 9 (Her. 6, 129) narrat Medeam Absyrti fratris membra dissipavisse ibi per agros, ubi tum Tomi siti sint, congruit cum Accii fortasse Medea (Ribbeck, Trag. Rom fr.[3] frag inc. XCIII; cf. Gruppe, Gr. Myth. 575, 6) a Cicerone adducta (de nat. de. III, 26, 67; cf. de imp. Cn. Pomp. 9, 22.) et cum Stephano Byzantio (s. *Τομεύς*; cf. Wernicke apud Pauly-Wiss. II, 285, 15 sqq. 58 sqq.) et differt a fabula vulgari (Apd. I, 133), secundum quam Medea fratrem in mari interfecit, Aietes membra collecta Tomis sepelivit, et sapit sagacitatem poetae vel mythographi Alexandrini, qui fabula vulgari

---

Quatenus vero Catullus (c. 63) vestigia presserit Callimachi, valde ambiguum est; Riese, ad Catulli c. 63.

[1]) Codd. habent >Phrygia< vel similia, quod ut magis notum ab eo, qui archetypum exaravit, pro vocabulis intellectu difficilioribus >Phryx ac< substitutum est, sed metri causa est abiciendum.

[2]) schol. P C Ask. Salv. Mure.

[3]) Rapp apud Roscher M. L. I, 717, 50 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 1531, 5. 6. 950, 2. Hepding l. l. p. 101. 121.

[4]) Gruppe, Gr. Myth. 1528, 3.

[5]) Gruppe, Gr. Myth. 1530, 1.

[6]) Rapp apud Roscher M. L. I, 722, 19 sqq. II, 1649, 4 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 780, 4. Hepding, l. l. p. 114. (Hepding idem esse narratum in Ibidis versibus 507 sq. falso putat; cf. Gruppe, Berl. phil. W. 1904, 52.)

[7]) Dietze l. l. p. 55 ex Ovidio et Hygino (f. *213) inter se congruentibus de Theodori Metamorphosibus Ovidii fonte concludit; sed ex Hygini fabula *213 nisi titulum nil novimus.

examinata membra, si in mari essent dispersa, statim demersa fugientibus nil profutura fuisse haud inepte est ratiocinatus. De Callimacho auctore non licet cogitare, quod Medeam fratrem *ἔποικον ἐν τῇ πατρίδι* interemisse narravit (fr. 411 Schn.).

Tum Eupolidis cuiusdam et novae nuptae exitium (529) Ovidium censeo non commemoraturum fuisse, nisi epigramma anonymum (Auth. Pal. VII, 298) in animo habisset:

Εὔπολιν ὡς ἀγαθήν τε Λυκαίνιον ὧν ὑμέναιον
ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος,

quod epigramma propter metrorum elegantiam[1]) aevo Alexandrino ipsi licet adiudicari.

De Niobae fabula (581 sqq.; Met. VI, 146 sqq.) Ovidius consentit in universum cum mythographis Alexandrinis;[2]) sed satis multa neque levia habet ille solus: nomina duo filiorum septem mutavit pro Agenore vel Archenore Alphenorem et pro Eupinyto nomen Ilionei suavissimum substituens, quod ipsi attribuere non ausim; deinde filii ab Apolline interficiuntur in campo, non in Cithaerone (Apd. III, 46. Hyg. 6), tum Amphio calamitate tam gravi afflictus se ipse interimit (583; Met. VI, 271 sq.), quod a versione usitata (Apd. III, 47. Hyg. 9)[3]) alienum vim tragicam amplificat;[4]) idem efficitur denique eo, quod, Niobe Thebis ipsis in lapidem transformatur (Met. VI, 301 sqq.), non in Sipylo (Apd. III. 47. Hyg. 9).[5]) Quibus rebus adductus assentior Enmann (l. l. p. 381,25 sqq. 51 sqq.). Ovidii narrationem elegantiis poeticis ornatissimam fluxisse ex carmine poetae alicuius Alexandrini, cui fortasse fabula de saxo illo Sipyli aetiologica placebat, censenti et concludere liceat in Nicandrum, a quo mutuatus est Ovidius exemplum Batti, quod sequitur (586) (cf. supra p. 42, 4), ex quo pendent saepius mythographi quoque Alexandrini.[6])

Paulo post Niobae fortunam Ovidius in Metamorphosibus (VI, 382 sqq.) narrat Marsyam flumen (Ib. 551) natum esse ex lacrimis satyrorum, nympharum, pastorum Marsyam deflentium idque ille

---

[1]) Rubensohn, Crinagorae Mytilinaei epigrammata (Berolini 1888) p. 28/38 (de re metrica).

[2]) Apd. III, 45 sqq. Hyg. 9. 11. Diod. IV, 74,3. cf. Bethe, Quaestiones Diodoreae (1887) p. 47. 94. Dietze l. l. p. 14.

[3]) Stoll apud Roscher M L I, 315,2 sqq.

[4]) cf. Berndt, Ovids Darstellung des Niobemythus als tragisch-dramatischer Stoff betrachtet: Gymnasium 1906, p. 193 sqq.

[5]) Enmann apud Roscher M. L. III, 384, 18 sqq. Dietze l. l. p. 14. Altenburg, Niobe bei Ovid.: Phil. LXIV (1905) p. 291 sqq.

[6]) cf. p. 53,1. 55,5. 59,9. 61,13.

solus;[1]) hac quoque in fabula eaque aetiologica auctoris alicuius Alexandrini secutum esse vestigia Ovidium suspicari liceat.

De v. 607 sq. scholiasta codicis G hoc adnotat ex Ovidio ipso non assumptum ac fide dignum: Lycurgus[2]) Penthili filius ab inimicis suis interfectus est, quem postea filius cum sica vindicavit, quae tunc fuit novum genus gladii. — Haec fabula aetiologica a nullo praeterea traditur.[3]) Alexandrinos secutos Aristotelem, Heraclidem Ponticum, Theophrastum, Pilochorum Atheniensem aliosque, qui scripserunt περὶ εὑρημάτων (cf. Plin. n. h. VII, 191 sqq.) libenter praebuisse narrationes περὶ εὑρητῶν καὶ εὑρημάτων cognoscimus ex Callimachi in Βερενίκης πλοκαμῷ (Cat. 66,48 sqq.) de Chalybon gente devovenda excursu et ex Palaephati fabulis 52. 53 et ex Hygini fabulis 274. 277.[4])

Mea quidem sententia Ovidius ut poeta illius aetatis doctissimus et fabularum Alexandrinarum peritissimus haec tot exempla et diversissima congessit et commiscuit memoria magis usus quam libris ad id ipsum evolutis.

Ex Homero porro perbene noverat Polyphemum (269. 387; Met. XIII, 770 sqq. XIV, 198 sqq. — Od. IX, 106 sqq. 287 sqq. 506 sqq.) Thamyram (272. — Il. II, 594 sqq.) Demodocum (272 — Od. VIII, 63 sq.) Ulixem ab Inone servatum (277 — Od. V, 333 sqq.) Scyllam Charybdemque (385 — Od. XII, 234 sqq.) Laestrygones (388 — Od. X, 124 sqq.) XII famulas Penelopae (391 — Od. XXII, 424 sq. 457 sqq.) XII procos Ithacesios (391 — Od. XVI, 251. XXII) Melanthium (392 — Od. XXII, 142 sqq. 474 sqq.) Arnaeum-Irum (417 — Od. XVIII, 1 sqq.) Elpenorem (485; Met. XIV, 252; Trist. III, 4,19 — Od. X, 552 sqq.) Dolonem Rhesumque (627; Met. XIII, 242 sqq. — Il. X).

Praeterea satis multa exstant apud Ovidium ut Medeae poetam argumenta tragica:

Sophoclis Philoctetae, Herculis heredis ab angue venenati (253)[5]) Oedipodis occaecati et ab Antigona filia ducti (261)[6])

[1]) Jessen apud Roscher M L II, 2443,31 sqq. Dietzel l. l. p. 56 autem errat Theodorum Ovidii fuisse fontem ratus.

[2]) Hoc nomen praebent codices: quamobrem non probo, quod Ellis nomine in >Lycastum< mutato profert in American Journal of Phil. XXIII (1902) p. 204 sqq.

[3]) Höfer apud Roscher M L III, 1944,3 sqq.

[4]) cf. p. 63,2.

[5]) cf. Phil. 670. 801. 1102. 1430 sqq. Met. IX, 231 sqq. XIII, 51 sq. Türk apud Roscher M. L. III, 2313,47 sqq. Gruppe Gr. Myth. 491,3.

[6]) Höfer apud Roscher M. L. III, 734,37 sqq. 735,11 sqq.

Phinidarum a Phineo patre ipso lumine privatorum (271),[1]

Euripidis Telephi ab Achille et vulnerati et sanati (255)[2] Bellerophontis ab equo in arva Aleia deiecti (257),[3] Phoenicis ab Amyntore patre oculorum lumine privati (259),[4] Polymestoris propter Polydori necem (579) ab Hecaba Polydori matre occaecati (267),[5] Thoantis regis Taurorum hospites sacrificantis (384)[6] Meleagri (601),[7] Palamedis (619).[8]

Vergilii denique poetae Romanorum epici illustrissimi recordatus est Ovidius de Priamo illo crudelissimum in modum trucidato (283),[9] Achaemenide (415),[10] Caco (489),[11] Palinuro (593),[12] Ramnete (631).[13]

Pelias (441. Met. VII, 297 sqq.) et Creusa (603. Met. VII, 394 sqq.) Ovidio ut poetae Medeae laudatissimae noti erant vel maxime.

Neque vero poetae, quippe qui celeriter versus scribere soleret, fuisse ex libris reconditis aut fontibus narrationum proferendarum

---

[1]) A. a. I, 339. Phinei fragg. 641 sqq N². cf. Jessen apud Roscher M. L. III, 2361,50 sqq. 2362,51 sqq.

[2]) Met. XII, 112; XIII, 171 sq. Trist. V, 2, 15 sq. Eurip. fr. 697 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 669, 2.

[3]) Trist. II, 397 sq. Eurip. fr. 287 sqq. Rapp apud Roscher M. L. I, 773, 40 sqq.; 769, 27 sqq. Bethe apud Pauly-Wiss. III, 249. Gruppe, Gr. Myth. 330,13.

[4]) A. a. I, 337. Eurip. f. 801 sqq. Türk apud Roscher M. L. III, 2404, 39 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 675, 6. 953, 2.

[5]) Met. XIII, 429 sqq. Lafaye, Les métam. d'O. et leurs modèles Grecs (1904) p. 146. Höfer apud Roscher M. L. III, 2644. 24 sqq. 2656.

[6]) Iphig. Taurica.

[7]) cf. supra p. 42, 5.

[8]) Met. XIII, 56 sqq. Eurip. fr. 582 sqq. Hyg. f. 105. Apd. epit. 3, 7 sq. Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 177 sqq. Lewy apud Roscher M. L. III, 1266, 32 sqq. Gruppe Gr. Myth. 673,1.

[9]) Met. XIII, 409 sq. Aen. II, 506 sqq. cf. Heinze, Virgils epische Technik p. 39 sqq.¹

[10]) Met. XIV, 160 sqq. Aen. III, 588 sqq. Roßbach apud Pauly-Wiss. s. A. Kienzle l. l. p. 10. Dietze l. l. p. 4.

[11]) Fast. I, 545 sqq.; V, 648; VI, 79 sqq. Aen. VIII, 190 sqq.; Prop. IV, 9. Peter apud Rocher M. L. I, 2270, 56 sqq., 2275, 52 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 459, 1. 1327, 2. Wissowa apud Pauly-Wiss. III, 1165, 54 sqq. 1168, 46 sqq. Wissowa, Rel. u. Kultus der Römer (1902) p. 229 sq.

[12]) Aen. VI. 337 sqq. Immisch apud Roscher M. L. s. P. Heinze l. l. p. 141, 1. 453.

[13]) Aen. IX, 176 sqq.

primariis haurire, sed opera tum tritissima compendiaque adhibere paulatim cognoscitur ex Metamorphoseon libris compositis.[1]) Ut enim amplissimis et ornatissimis suis solida substrueret fundamenta, lapides sibi deprompsit ex compendio mythologico vel aptius ex compendiis[2]) fonti Apollodori bibliothecae, Cononis, Hygini, Tabularum Iliacarum, Diodori[3]) similibus, quod traditum tenorem fabularum commode ei praebebat. Composita sunt post Nicandrum (cf. p. 55, 5. 59, 9. 61, 13) i. e. post medium s. II et ante Diodorum i. e. ante s. I medium.[4]) Assidue autem interrumpitur tenor rerum ex compendio acceptus narrationibus a mythographo alienis et a poeta ipso insertis. Quas summa colorum venustate eminentes poetarum cum populariam tum Alexandrinorum auxilio ascito exornavit.[5]) Idem compendium ad Ibidis carminis celerrime conscribendi res mythologicas diversissimas congerendas coacervandasque eum saepius evolvisse veri est similius quam contrarium.

Compendiis talibus, qualis exstat Apollodori Bibliotheca vel Procli Chrestomathia, magis quam carminibus ipsis cycli epici, qui vocatur, usus est hisce de fabulis, in quibus Ulixes partes quasdam agit.

A Graecis (339)[6]) et ab Aiace, Oilei filio (341)[7] ad Euboeam demerso traducit facile ad Aiacem alterum, Telamonis filium (343), quod recte statuit Ellis contra scholiastas, qui poetam spectare ad Marsyam vel Pentheum putant. Aiacem >toto corpore unum vulnus< habuisse i. e. uno loco potuisse vulnerari[8]) narrabat Aeschylus (fr. 83 N[2]) Arctini Aethiopidem secutus[9]) et Plato (Symp.

---

[1]) Hac de re dilucide refert Gruppe, Bursian CXXXVII (1908) p. 171 sqq. 187 sqq. cf. Dittrich Callimachi Aetiorum l. I: Fleck. Jahrbb. Suppl. XXIII (1897) p. 184. Alms, Parergon Ovidianorum partes duo (Rost. 1906). Nolte, Metamorphoseon Ovidianarum fabulae I et II unde sint haustae (Papenburg 1907).

[2]) Laudien, Studia Ovidiana (Gryphiae 1905) p. 13. 15 sqq. Schwartz apud Pauly-Wiss I, 2877 sqq.; V, 673 sqq.

[3]) Bethe, Quaestiones Diodoreae (Gott. 1887) p. 45 sqq. Susemihl, Alex. Litt. G. II, 50 sq. Laudien l. l. p. 1 sqq.

[4]) cf. Bethe l. l. p. 94.

[5]) Bethe l. l. p. 97. Kienzle, Ovidius qua ratione ad Metamorphoseis componendas compendium mythologicum adhibuerit (Basel 1903) p. 67 sq.

[6]) Apd. epit. 6, 7. 11. Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 262 sqq. Hyg. f. 116. Wagner apud Roscher M. L. III, 26, 10 sqq.

[7]) Apd. epit. 5, 22. 6, 6. Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 242 sq. 260 sqq. Fleischer apud Roscher M. L. I. 136, 42 sqq. Toepffer apud Pauly-Wiss. I, 938, 63 sqq. Heinze, Virgils epische Technik p. 37, 2[1].

[8]) Fleischer apud Roscher M. L. I, 121, 47 sqq. Roßbach apud Pauly.-Wiss. I, 932, 24 sqq. Vürtheim, De Aiacis origine (1907) p. 7 sqq.

[9]) Fleischer l. l. p. 127, 66 sqq.

219 E) et hos imitati poetae Alexandrini (Lycoph. 457 sqq.)[1]) et mythographi (Palaeph. de incred. p. 280, 15 W. — Schol. Il. XXIII, 821 — Tzetzes ad Lycophr. 455). Arctini Aethiopidem i. e. per compendium aliquod mythographicum in animo habuisse Ovidium inde cognoscimus, quod idem Met. XIII, 384 sqq. narrat Aiacem ira ac pudore de armorum iudicio permotum sibi ipsum conscivisse mortem voluntariam, quod heroe est dignius,[2]) neque commemorat illum vesania affectum greges trucidasse ac tum demum se ipsum interemisse, quod Leschae Iliade parva tradebatur[3])

Hoc modo ex Leschae Iliade parva in enchiridio suo adumbrata Ulixem in Palladio rapiendo minime gloriam nactum (617) noverat[4]:)

Illius exemplo violes simulacra Minervae,
Aulidis a portu qui leve vertit iter,

postquam Agamemnonem hortatus, ut Iphigeniam immolaret (Met. XIII, 181 sqq. Hyg. 98) eam adduxit Aulidem (Apd. epit. 3, 22. Hyg. 98).

Ex Arctini Ilii perside, non ex Leschae Iliade parva (quod vult Schirmer apud Roscher M. L. (s. Anticlus) et Gruppe, Gr. Myth. 686, 5) scilicet in compendio suo breviter circumscripta affert Anticlum per vim ab Ulixe loquendo retentum (569).[5])

Pari modo ex Ilii perside sumpsit exemplum Astyanactis (496. 563. Met. XIII, 415) ab Ulixe ex arce praecipitati, non ex Leschae Iliade parva, in qua puer a Neoptolemo necatur.[6])

Eugammonis Telegoniae denique per compendium mythologicum

---

[1]) Holzinger ad Lycophr. v. 455.

[2]) Fleischer l. l. p. 126 sq. Schmidt apud Roscher M. L. III, 620. Gruppe, Gr. Myth. 683, 4. — Hyacinthi originem addit Ovidius, Met. XIII, 394 sqq. ex Euphorione; cf. supra p. 41, 3.

[3]) Fleischer l. l. p. 127, 24 sqq. Apd. epit. 5, 6 sq. Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 213 sqq. Wagner, Rh. Mus. XLVI (1891) p. 404 sq.

[4]) Tab. Iliaca: Baumeister, Denkm. tab. 775, n. 84, 85. — Soph. fr. 338 N². Arist. Poet. 23 p. 1459 b. 6. Serv. ad Verg. Aen. II, 166. Conon Narr. 34. Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 227 sq. Schmidt apud Roscher M. L. III, 622, 60 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 629, 11. 685, 7. 686, 1.

[5]) Proclus id ut minoris momenti omisit: Apd. epit. 5, 19. Od. IV, 285 sqq. Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 234 sp. et apud Pauly-Wiss. sub A. — Nomen Galli auctoris in schol. C et Ask. non minus fictum est quam scholia ipsa (de Agenore) falsa sunt.

[6]) Proclus, Chrest. p. 244, 18 Wg. — Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 243 sq. et apud Pauly-Wiss. II, 1866, 30 sqq. Stoll apud Roscher M. L. sub A. Schmidt ibidem III, 624. Gruppe, Gr. Myth. 693, 6.

debet Ulixem a Telegono >teli genere illo< i. e. *τρυγόνος κέντρῳ*[1]) interfectum (567).)[2]

In enchiridiis suis mythographicis Ovidius reperiebat haec quoque exempla notissima: Urani castrati (273),[3]) Promethei Caucaso affixi (291. 543)[4]) Tiresiae litis iocosae inter Iovem et Iunonem ortae iudicis et a Iunone occaecati (263),[5]) Eueni (513),[6]) Melanippi (515. 427).[7])

Neoptolemi vel Pyrrhi (303) ossa per vias Ambraciae dispersa esse nemo tradit nisi Ovidius hoc loco et Hyginus (123).[8]) Hoc mythographum addidisse ex Ovidii Ibide M. Schmidt (praef. p. XXXI) censet immerito mea quidem sententia, quod Ibis non tam trita divulgataque fuit,[9]) ut ulla auctoritate esset apud scriptorem fabularum. Statuendum igitur est utrumque hausisse ex fonte communi, ex compendio aliquo mythologico, in quo Neoptolemum ab Oreste Delphis propter Hermionam interfectum fuisse commemoratum Apollodorus (epit. 6, 14)[10]) testis est.

Versus 327 sq. codicibus optimis tales exstant traditi:

Quaeque in Adimantum †Philesia (F G Vat.; Phylesia
PX; Phillesia TV) regna tenentem
a Iove venerunt, te quoque tela petant.

Quae verba antequam cum Ellis corrigamus et interpretationes complures eligendas proponamus, potius perpensa conemur intellegere.

---

1) Apd. epit. 7, 36. cf. Gruppe, Gr. Myth. 715, 4. cf. infra p. 52.

2) Proclus, Chrest. p. 246, 18 sqq. Wg. Apd. epit. 7, 36 sq. Hyg. f. 127. Schmidt apud Roscher M. L. III, 628. Gruppe, Gr. Myth. 714 sqq.

3) Apd. I, 3 Wg. Preller-Robert, Gr. Myth. I, 50[4]. — Call. fr. 22. 172. 147. 554. Schneider, Call. II, 88 sq. Gruppe, Gr. Myth. 356, 19. 1112, 2. — Quod Bergk et Rauch de fr. 172 coniecerunt (cf. Schneider ad fr. 172), probatum est fragmento maiore a Reitzenstein edito (Inedita poet. Gr. fragg.: Ind. lect. Rost. 1890/1 p. 12 sq.).

4) Apd. I, 45. II, 119. — Rapp apud Roscher M. L. III, 3054 sqq. 3068 sqq.

5) Ov. Met. III, 316 sqq. cf. Vollgraff. Ovid u. Nicander I (1909) 123 sq. — Apd. III, 71. Hyg. f. 75. — Call. fr. 415 Schn. Eundem Callimachum Tiresiam a Minerva (hym. 5, 75 sqq. Prop. IV, 9,57 sq.) oculis esse privatum narrasse dignum est, quod commemoretur.

6) Schol. B Il. IX, 556. cf. Tümpel apud Pauly-Wiss. VI, 974 sq. Apd. I, 60 sq. Hyg. 242. Plut de fluv. 8. (Plut) Parall. 40 (cf. Wissowa apud Pauly-Wiss. s. Dositheos n. 6.).

7) Apd. III, 75 sq. cf. Bethe, Theb. Heldenlieder p. 76 sqq. Gruppe Gr. Myth. 534, 7. 8. 535, 1. Legras, Les légendes Thébaines dans l'épopée et la tragédie Grecques (Paris 1905) p. 77 sqq.

8) Weizsäcker apud Roscher M. L. III, 172, 47 sqq. Höfer ibidem III, 1011, 21 sqq.

9) cf. Ellis Proll. p. L sqq. De Ovidio et Hygino cf. Vollgraff, Ovid u. Nicander I, p. 125 sq.

10) Wagner Epit. Vatic. (1891) p. 273 sqq. cf. infra p. 53, 4. 7. 60, 9.

Nostra quidem sententia in >†Philesia< latet adiectivum >Phĭălesia< vel >Phĭgălesia< derivatum aut a nomine recentiore Phialiae aut antiquiore Phigaliae illius oppidi Arcadiae, quod plerumque vocatur Phigalia (Paus. VIII, 3, 2. 39, 2.).[1] Cuius heros et conditor est Phigalus, Lycaonis filius (Paus. l. l.). Huius ipsius nomen casu in Apollodori (bibl. III, 96 sq.) catalogo L filiorum Lycaonis excidit; dicit enim filios illi fuisse L, nominibus vero adducit tantum IL. Quem Phigalum Ovidius, quo difficiliores reddat ambages, dissimulat nomine *Ἀδειμάντου* i. e. Intrepidi, quod filio Lycaonis est aptissimum. Qualis dissimulatio conferatur cum nominis Erycis (293), qui vocatur *Ἐχε-κρατίδης* (cf. p. 57. 59), vel Telegoni (567), qui verbis >teli genus illud< tangitur (cf. p. 51, 1), vel Mithridatis (329), qui appellatur Lenaeus (cf. p. 68, 5).[2] Ovidius hoc Ibidis loco eum elegit, qui in enchiridii catalogo filiorum ultimum locum tenebat. Hoc compendio eum iam usum esse ad eandem Lycaonis (431)[3] et filiorum Callisthus[4] fratrum (473) fabulam Met. I, 163 sqq. narrandam apparet non solum ex singulis rebus,[5] sed etiam inde, quod et apud Apollodorum (III, 100) et apud Ovidium (Met. I, 240 sqq.) magnum illud diluvium sequitur interitum Lycaonis filiorumque.[6] Exitus vero Lycaonis a mythographo duplici ratione per *ἔνιοι δὲ* . . ., quod saepissime occurrit apud Apollodorum quoque, expositus videtur esse: Ille enim aut una cum filiis a Iove fulmine est occisus, quam versionem servavit Apollodorns (III, 99) et Servius (ad Verg. Ecl. 6, 42), aut filiis ita interfectis in lupum est transformatus, quam versionem Hyginus[7] (176) et Ovidius (327. 431. 473. Met. I, 232 sqq.)[8] assumpserunt.

Quod autem scholiastae G et C ad 327 breviter adnotant >unde Gallus< in quo latet fortasse Callimachus (cf. p. 28 sq.), inde explicetur, quod compendia mythologica ab hominibus doctis aetatis Alexandrinae conscripta et poetis aevi Augustei tradita pendent

---

[1]) cf. Stoll apud Roscher M. L. s. Ph.

[2]) cf. infra p. 68, 5. cf. Ellis excursum ad v. 293.

[3]) cf. infra p. 59, 8. 60, 11. cf. Vollgraff, Ovid u. Nicander I (1909) p. 95 sqq. et Magnus B. ph. W. 1909, p. 1238.

[4]) Met. II, 401 sqq. Fast. II, 155 sqq. cf. infra p. 59, 8. Dietze l. l. p. 8. Gruppe, Bursian CXXXVII (1908) p. 178. cf. Vollgraff l. l. p. 109 sq.

[5]) Vollgraff, de Ovidii mythopoeia (Berolini 1901) p. 5 sqq.

[6]) Kienzle p. 66 sq. Laudien p. 3. 12. 15 sqq. Dietze p. 6.

[7]) Qui aliis rebus optime consentit cum biliotheca Apollodori. Utrumque pendere ex simili compendio mythologico cognoscitur ex Bunte, ad Hyginum adnotationes et ex Bethe l. l. p. 45 sqq. et ex Werth, Animadversiones ad Hygini fabulas (de Graeci sermonis vertigiis) Schedae philologae H. Usener oblatae (Bonnae 1891).

[8]) cf. Drexler apud Roscher M. L. II, 2171 sq.

cum ex poetis Alexandrinis[1]) tum ex Callimacho,[2]) qui veluti de Callistho, Lycaonis filia, certo egit idque in Aetiis.[3])

Tum (345 sqq.) nominum Lycurgi (345; Met. IV, 22. Fast. III, 722) Athamantis (347; Met. IV, 420. 512 sqq. Fast. VI, 486 sqq.) Orestis (348) Alcmaeonis Callirrhoes mariti (348; Met. IX, 407 sqq.) difficilius circumscribendorum causa compendium suum,[4]) quod praeterea perinde ac liber Hygini fabularis indicibus[5]) patrum, qui filios suos occiderunt (Hyg. 237), et eorum, qui matres suas occiderunt (Hyg. 235), instructum fuisse videatur, consuluisse Ovidium eo magis putamus, quod Lycurgum se ipsum securi mutilasse praeter Ovidium (345; Fast. III, 722) nemo nisi auctor mythographus tradit, quem apud Hyginum (132) et Servium (ad Verg. Aen. III, 14) et Apollodorum (III, 35) deprehendimus: *ὁ δὲ μεμηνὼς Δρύαντα τὸν παῖδα ἀμπέλου νομίζων κλῆμα κόπτειν πελέκει πλήξας ἀπέκτεινε καὶ ἀκρωτηριάσας αὐτὸν*[6]) *ἐσωφρόνησε.*

Praeterea Orestem fuisse ex Hermiona patrem Tisameni (348) in enchiridio priore loco erat adnotatum[7]) *ἢ κατά τινας Ἠριγόνην γήμας τὴν Αἰγίσθου Πενθίλον γεννᾷ.* Qua cum re bene concinit, quod fabulam Neoptolemi Achillis filii propter Hermionam illam ipsam ab Oreste Delphis interempti (303) compendio eidem vindicari licebat (cf. p. 51, 10).

Post fabulas Aegialae (349) et Hypermestrae (351) aliunde

---

[1]) cf. p. 46, 6. 55 sq. 57. 61 sq.

[2]) cf. p. 49, 7. 51, 5. 58, 2. 61.

[3]) fr. 385. fr. anon. 312 Schn. Schneider, Call. II, 143. Franz apud Roscher M. L. II, 932 sq. Gruppe, Gr. Myth. 194, 19. Gruppe, Bursian CXXXVII (1908) p. 178.

[4]) Lycurgus: Apd. III, 35. Hyg. 132. Rapp apud Roscher M. L. II, 2193, 50 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 214, 3. Gruppe, Bursian CXXXVII (1908) p. 174. Kienzle p. 22 sq. — Athamas: Apd. I, 84. III, 26. Hyg. 2. Seeliger apud Roscher M. L. I, 670, 56 sqq. Escher apud Pauly-Wiss. II, 1932, 29 sqq. Ehwald, ad Met. IV, 420. 512. Gruppe, Gr. Myth. 1124, 2. Kienzle p. 19. 32 sq. Dietze p. 9. — De Inone uxore cf. p. 62, 4. Orestes: Apd. II, 171. 176. epit. 6, 25. 28. Hyg. 19. 119. 124. Höfer apud Roscher M. L. III, 1012, 60 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 139, 12. 741, 4. cf. p. 51, 10. 53, 7. 60, 9. Alcmaeon: Apd. III, 86. 88 sqq. Hyg. 73. Stoll apud Roscher M. L. I, 243, 26 sqq. 244, 15 sqq. Bethe apud Pauly-Wiss. I, 1552, 60 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 198, 5. Dietze p. 15. — De Eriphyla matre cf. p. 54, 2.

[5]) Knaack, Studien zu Hygin: H, XVI (1881) p. 585. Dietze, Quaestiones Hyginianae (1890) p. 21 sq.

[6]) quod recte G. Hermann (Opusc. V, 5) substituit pro *αὑτόν*, quo obiectum eodem casu male repeteretur. Quam coniecturam Rapp apud Roscher M. L. II, 2194, 7 sqq. non laudasse improbamus.

[7]) Apd. II, 171. 176. epit. 6, 28. et Tzetzes ad Lycophr. 1374, quem locum Wagner in editione Epitomae excussit. cf. Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 294.

petitas[1]) adducit Eriphylam, Amphiarei uxorem et Alcmaeonis, quem paulo ante v. 348 (cf. p. 53, 4) commemoravit, matrem (353) et Clytaemnestram (353) et Danaides (355), quae exempla ipsa quoque deprompta putamus esse ex compendii[2]) indice *τίνες οἶκοι ἀνάστατοι διὰ γυναῖκας ἐγένοντο*, cuius speciem prae se fert Anonymus Westermanni (Mythogr. Gr. p. 345, 1.) et Athenaeus (XIII, 560 c.) et Hyginus (f. 240) >quae coniuges suos occiderunt<. Catalogorum ratione componere materiam Alexandrinorum doctorum maxime est proprium et aptissimum ad enchiridion facilius utendum.

Exempla quoque, quae sequuntur, amoris perversi ac scelesti non solum singula apud mythographos reperire poterat Ovidius: Byblidos (357),[3]) Canaces (357. 562),[4]) quibuscum coniungendi sunt Haemon[5]) et Rhodope (561),[6]) deinde Pelopeae (359),[7]) Myrrhae (360. 503. 539. 565),[8]) Nyctimenae (360),[9]) ad quas addenda est Harpalyce (545),[10]) quae filium a patre nefando con-

---

[1]) cf. p. 40. 38.

[2]) Eriphyla: Apd. III, 60 sqq. Hyg. 73. Diod. IV, 65, 5 (Bethe l. l. p. 83 sq. 95) Ov. a. a. III, 13 sq. Stoll apud Roscher M. L. s. E. Bethe apud Pauly-Wiss. I, 1889, 30 sqq. et sub Eriphyle. Gruppe, Gr. Myth. 531, 2. 3. — Clytaemnestra: Apd. epit. 6, 23 (Wagner, Epit. Vatic. [1891] p. 293 sq. Rh. M. XLVI [1891] p. 411) Hyg. 117. — Danaides: [Apd. II, 15 sqq. Hyg. 168. 170. 255. Servius ad Verg. Aen. X, 497. Ov. Ib. 177 sq. A. a. I, 73 sq. Met. IV, 462 sq. Bernhard apud Roscher M. L. I, 950, 13 sqq. Waser apud Pauly-Wiss. IV, 2087, 62 sqq. 2089, 43 sqq.

[3]) Met. IX, 447 sqq. A. a. I, 283. Hyg. f. 243.

[4]) Her. 11. Serv. ad. Verg. Aen. I, 75. Hyg. f.* 207. 238. 242. 243.

[5]) Quod poeta optat, ne felicius Haemone amet Ibis, licet cogitare aut de Haemone illo Antigonae sponso (Soph.) — sed talis exitus Ibidis esset gloriosior et finem Socraticum ei cupiens (559) addit de industria, ut sollicito ore libat, quod ille imperturbato ore — aut, ut scholiastae G et Salvagnii docent, de Haemo vel Haemone (Ovid. Met. VI, 87 sqq. Plut. de fluv. 11, 3; Ellis, I. of Phil. XXIV (1896) p. 187; Höfer apud Roscher M. L. IV, 116, 3) qui Rhodopam sororem amans nominaque deorum summorum sibi et illi attribuens conversus est cum illa in montes Haemum et Rhodopam. Hoc modo Haemonis exemplum perbene se applicat ad Macareum eodem disticho adductum.

[6]) Met. VI, 87 sqq. Plut. de fluv. 11, 3. Serv. ad Verg. Aen. I, 137.

[7]) Apd. epit. 2, 14. Hyg. 87. 88. 243. 253. 254. Serv. ad Verg. Aen. XI, 262. Lact. ad Stat. Theb. I, 684. IV, 306.

[8]) Met. X, 298 sqq. A. a. I, 285. Apd. III, 183 sqq. Hyg. 58. 242. Serv. ad Verg. Aen. V, 72. Probus ad Verg. Ecl. 10, 18. — Ibis 539 (codd. et scholiastae G. et C.): >Cognitor< ut tardae laesus cognomine Myrrhae orbis in innumeris inveniare locis i. e. a civibus suis membratim dilaceratus est (schol. C ad 539. 565.) — cf. Dietze p. 19. cf. infra. p. 55, 8. 9. 60, 2. 61, 7.

[9]) Met. II, 589 sqq. Hyg. 204. 253.

[10]) sic rectius coniecerunt Merkel et Riese quam Ellis, qui minus eleganter >puer Harpagides< restituere mavult.

ceptum illi in epulis apposuit,[1] tum Comaethus (361),[2] denique Scyllae (361);[3] sed cum Hygini indicibus earum, quae se ipsae interfecerunt eaeque propter fratrum amorem (f. 243 . . . Canace . . . Byblis . . .), et earum, quae contra fas concubuerunt (f. 253 . . . Pelopia . . . Nyctimene . . .), et earum, quae impiae fuerunt (f. 255 . . . Scylla . . . Harpalyce . . .), tantopere consentit, dissentit vero singulis nominibus selectis, ut uterque hausisse existimandus sit ex indicibus simillimis eisque uberioribus compendio Graeco mythologico adiectis, quas Apollodorus omisit, Hyginus ex parte asservavit (cf. p. 60. cf. cyclum tabularum pictarum Jahn, Arch. Beitr. p. 245 sq.) Neque vero ulla re facilius quam hisce ex fabulis assumptis cognoscimus, quam arte litterae mythologicae a poetis aevi Augustei ipsorum in usum conversae cohaereant cum poetis Alexandrinis. Hi enim furores atque amores scelestos politissima arte solebant exornare.[4] Veluti Byblidos[5] fabula (357) occurrit demum inde ab aetate Alexandrina, perinde ac Canaces (357. 562).[6] Haemonis et Rhodopae sortem (561) non novimus nisi ex fonte Ovidii (Met. VI, 87 sqq.) et Plutarchi (de fluv. 11, 3). A poeta tragico Alexandrino Sophoclis *Θυέστην ἐν Σικυῶνι* imitato[7]) non est alienum argumentum Pelopeae (359). Indolem illius aetatis prae se fert fabula Myrrhae[8] (360. 503. 539. 565.) — ut omnino Adonidis[9] — et Nyctimenae[10] (360)

---

[1]) Hyg. 206. 238. 239. 246. 255. Lact. ad Stat. Theb. V. 121.

[2]) Apd. II, 60. Tzetzes ad Lycoph. 932. 934.

[3]) Met. VIII, 1 sqq. Trist. II, 393. Apd. III, 211. Tzetzes ad Lycophr. 650. Hyg. 198. 255. Serv. ad Verg. Ecl. 6, 74. Aen. VI, 281. Kienzle p. 44 sq. Laudien p. 7. 15 sqq.

[4]) Lafaye, Les Mét d'Ovide et leurs modèles Grecs (Paris 1904) p. 170 sqq. cf. supea p. 31, 5. 38. — cf. infra. 61 sq.

[5]) Aristocritus *π. Μιλήτου.* Apoll. Rhod. *κτίσις Καύνου.* Nicaenetus apud Parth. Erot. 11. Nicander apud Ant. Lib. 30 (Dietze p. 23. 37 sqq.) Conon, Narr. 2. Rohde, Gr. Roman 95, 1.[1] Hoefer apud Pauly-Wiss. s. B. Gruppe, Gr. Myth. 275, 2. 3. 4.

[6]) Sostratus apud Plut. Parall 28 (Susemihl, Alex. Lit. G. II, 400. 314.) Rohde, Gr. Roman 101, 2.[1] Tümpel apud Roscher M. L. II, 2290, 15 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 297, 2. Ov. Her. 11 videtur (cf. Trist. II, 384) Euripidis Aeolum sequi (de quo cf. Rohde l. l. 35.[1] Stoll apud Roscher M. L. II, 946, 14 sqq. Schirmer ibidem II, 2290, 4 sqq.).

[7]) cf. Höfer apud Roscher III s. P. Gruppe, Gr. Myth. 175, 13. 660, 9 sqq.

[8]) Apd. III, 183 sqq. Ant. Lib. 34. Rohde, Gr. Roman 101, 1.[1] Roscher in M. L. I, 70, 32 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 292, 2. 334, 9. 10. 780, 4.

[9]) cf. p. 60, 2. 61, 7.

[10]) quam primum reperimus commemoratam apud Mythogr. Graecum anonymum Westermanni (348, 3) et auctorem Hygini (fr. 204) et Ovidium (Met. II, 589 sqq.) et mythographos aetatis Romanae (cf. Wagner apud Roscher M. L. S. N.; Rohde, Gr. Roman 101, 6.[1] Dietze p. 54 sq.)

et Harpalyces[1]) (545). Comaetho (361) primum commemoratur ab auctore Apollodori (II, 60) et Tzetzae (ad Lycophr. 932. 934) aevo Alexandrino attribuendo.[2]) Scyllae (361) denique argumentum satis erat tractatum cum a tragicis poetis aetatis serioris[3]) tum a poetis Alexandrinis;[4]) hanc quoque fabulam copiosius expositam primum detegimus apud auctorem illum Apollodori (III, 211) et Tzetzae (ad Lycoph. 650). Sermones intimi Byblidos (Met. IX, 474 sqq.) et Myrrhae (Met. X, 320 sqq.) et Scyllae (Met. VIII, 44 sqq.) et Iphis (Met. IX, 726 sqq.) omnino ingenio artis poeticae Alexandrinae sunt.[5])

Quod porro Ovidius narrat de procis Hippodamiae, Oenomai morte, Myrtili exitu (365 sqq.), concinit cum compendiis mythographicis, quae ex Apollodoro (epit. 2, 5. 7. 8; Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 160 sqq.) Hygino (f. 84. 245. 250) Diodoro (IV, 73; Bethe p. 48 sqq.) cognoscimus, et rebus et ordine rerum et aetio adiecto >qui nova Myrtoae nomina fecit aquae< (370; Her. 16, 208. Apd. epit. 2, 8. Hyg. 84).

Satis multas de Hercule fabulas aetiologicas supra p. 35 sqq. carmini illi laudatissimo Callimachi attribuere licebat; extant vero praeterea nonnullae, quae aetiis carentes aliunde assumptae videautur. Quod enim Ovidius narrat de Eryce (293), qui ut >prae-

---

[1]) Versionem Euphorionis (apud Parth. Erot. 13) epicam, secundum quem Harpalyce fratrem occidit (Crusius apud Roscher M. L. I, 1837, 45 sqq. Schultze, Euphorionea [1888] p. 35), ita amplificare in modum horribilem, ut Harpalyce filium ipsum per vim ac scelus patris conceptum mactet, sapit poetam nescimus quem Alexandrinum (cf. supra p. 55, 4), fortasse tragicum (Crusius l. l. 1838, 26 sqq. Rohde, Gr. Roman 36, 5. 101, 6.[1] Gruppe, Gr. Myth. 220, 11. 12. (Ntr.) — Euphorio exempli causa Laocoontis culpam auxit >ante simulacrum numinis cum Antiopa sua uxore coeundo< (Serv. ad Verg. Aen. II, 201. cf. Gruppe, Gr. Myth. 689, 3.)

[2]) Stoll apud Roscher M. L. s. Kom. Gruppe, Gr. Myth. 187, 1. 249, 5. 477, 8. 478, 9.

[3]) Ov. Trist. II, 393. cf. Roscher in M. L. III, 427, 21 sqq.

[4]) Call. fr. 184. fr. an. 39. 47. Parth. fr. 16 sq. (Susemihl, Alex. Litt.-G. I, 194, 115.) Rohde, Gr. Roman 93.[1] cf. Dietze p. 51 sqq. Roscher in M. L. III, 425, 45 sqq. 426, 12 sqq. 50 sqq. 427, 29 sqq. 429, 14 sqq, 431, 29 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 122, 1. 187, 1. 249, 5. 1412, 6. 882, 4.

[5]) Theocr. II. Apoll. Rhod. III, 636 sqq. 770 sqq. Verg. Aen. IV, 534 sqq. 590 sqq. cf. Heinze l. l. p. 113 sqq. 123 sq. 419 sqq. Ovidii Heroidarum epistulae. Rohde, Gr. Roman p. 21, 3. 141 sq.[1] Lafaye l. l. p. 177 sqq. Wilhelm, In augusteischen Dichtern: Rh. M. LXI (1906) p. 105. v. Wilamowitz, Des Mädchens Klage; eine alexandrinische Arie. Nachr. d. Gött. Ges. d. W. 1896, 209 sqq. Leo, Die Plautinischen Cantica u. d. hellenist. Lyrik. Abh. d. Gött. G. d. Wiss. N. F. I (1897) n. 7. Jahn, Arch. Beitr. (1847) p. 245 sq. Helbig, Untersuchungen zur camp. Wandmalerei (1873) p. 80. 146 sqq. 159 sq. Brunn, Gesch. d. griech. Künstler II, 186 sqq[2].

potens viribus< (Serv. ad Verg. Aen. I, 570) nomine Ἐχε-κρατίδης circumscribitur,[1]) >ter ab Hercule victo,<[2]) congruit ita cum Apollodoro (II, 110 sq.): τρὶς περιγενόμενος κατὰ τὴν πάλην ἀπέκτεινε, ut compendium mythographum[3]) fontem utriusque fuisse statuamus. Eryx (293) pertinet sine dubio ad seriem hospitum illorum crudelissimorum ab Hercule interemptorum, Antaei (393) Phrasii (397) Busiridis (399) Diomedis (401. 381), quam haud secus ac seriem Diomedis Busiridis Antaei in Her. 9 (67. 69. 71) ac seriem Busiridis Antaei Diomedis in Met. IX (183. 184. 194) ex enchiridio illo[4]) deprompsit, quocum (Apd. II, 116 sq. Hyg. f. 56) congruit non solum Antaei exemplo et excursu de Phrasio (vel Thrasio)[5]) Busiridis fabulae praefixo, sed etiam elocutione: ἔφη τὴν ἀφορίαν παύσεσθαι, ἐὰν ξένον ἄνδρα τῷ Διὶ σφάζωσι κατ' ἔτος:

ut qui post annum[6]) sacri mostrator iniqui
elicuit pluvias victima caesus aquas;

>post annum< enim est coniungendum cum >sacri iniqui< sensu illo >κατ' ἔτος<, non cum >elicuit<, quod Ellis I. of Phil. XXIV (1896) p. 183 proponit; Busiris enim sacrum tam celeriter oblatum non distulit in annum.

Ibidem reperiebat exempla quoque Nessi (404)[7]) et Eurytionis (404)[8]) — cum Apollodoro (II, 152) Ovidius (Met. IV, 121 127) premit Nessum in ripa altera sagitta percussum esse, non medio in flumine, qua re Deianira ipsa in periculum adducta esset[9]) —

---

[1]) cf. Ellis, exc. ad v. 293; cf. supra p. 52. infra p. 59.

[2]) >victus< cod. T solus recte.

[3]) Apd. II, 110 sq. Tzetzes ad Lycophr. 866. Serv. ad Verg. Aen. I, 570. V, 24. Hyg. 260.

[4]) Antaeus: Apd. II, 115. Hyg. 31. Diod. IV, 27, 3. (Bethe p. 78. 94. Schwartz apud Pauly-Wiss. V, 674, 3.) Oertel apud Roscher M. L. I, 362, 22 sqq. 53 sqq. 364, 14 sqq. Wernicke apud Pauly-Wiss. I, 2339, 31 sqq. 2341, 12 sqq. 2342, 6 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 483, 2. Busiris et Phrasius: Apd. II, 116 sq. Hyg. f. 31. 56. 157. Ov. A. a. I, 647 sqq. Stoll apud Roscher M. L. I, 835. Hiller v. Gaertringen apud Pauly-Wiss. III, 1076, 26 sqq. 47 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 492, 4 sqq. Diomedes: Apd. II, 96 sq. Hyg. 30. Pedias. 8. Servius ad Verg. Aen. 752. cf. Kienzle p. 48 sqq. Laudien p. 9. 15 sqq.

[5]) Stoll apud Roscher M. L. s. Phr.

[6]) ita codd. optimi G P T; >post longum< codd. deteriores, Merkel, Riese, Ellis.

[7]) Her. 9, 141. 16, 3. Met. IX, 101 sqq. XII, 308. Apd. II, 86. 151 sq. Hyg. 31. 34. 36. 240. 243. Diod. IV. 36, 2 sqq. (cf. Bethe p. 74. Tzetzes ad Lycophr. 50. Serv. ad Verg. Aen. VIII, 300. Gruppe, Gr. Myth. 477, 2. 3. 490, 6.

[8]) Apd. II, 91. Hyg. 31. 33. Pedias. 6. cf. Weizsäcker apud Roscher M. L. s. Dexamenes et Stoll ibidem s. Deianira n. 3. Gruppe, Gr. Myth. 474, 7 sqq.

[9]) Wagner aqud Roscher M. L. III, 281, 34 sqq.

et Herculis Oetaei (347. 605).[1]) Quantopere vero illud compendium cohaeserit cum poesi Alexandrina, iterum (cf. p. 46, 6. 53, 1. 55 sq. 61 sq.) apparet inde, quod de Busiride (399) egerat idem Callimachus (cf. p. 49, 7. 51, 3. 5. 53, 2. 61) in Aetiis.[2])

Non tam ex Callimachi Hecale[3]) quam ex enchiridio suo[4]) Ovidium bestias necatas omittentem sumpsisse catalogum factorum Thesei, Herculis alterius (Plut. Thes. 6. 7. 11. Diod. IV, 59, 1): Periphetae vel Corynetae (405), Sinis (407. 409), Scironis (407), Procrustae (407), Cercyonis (411), Minotauri (408. 373), a cuius fabula non fuit seiunctus Aegeus in mare se praecipitans (495),[5]) ut Met. VII, 436 sqq. seriem Periphetae-Corynetae, Procrustae, Cercyonis, Sinis, Scironis et Her. 2, 69 sq. nomina Scyronis, Procrustae, Sinis, Minotauri censemus eo magis, quod illi compendio debet circumscriptionem satis difficilem v. 407:

Ut Sinis et Sciron et cum[6]) Polypemone natus. Krassowsky[7]) nomen ullo modo certo enucleari posse negat neque quicquam restare putat nisi, ut Ovidium, cum Met. VII, 433 sqq. eadem nomina latronum et bestiarun a Theseo interfectarum praebuerit atque alii scriptores fabularum ut Apollodorus, Diodorus, Plutarchus, illo Ibidis loco erravisse arbitremur. Procrustam significare Ovidium nescimus quem secutum recte Ellis suspicatus est. Nunc vero apud Apollodorum (epit. 1, 4) scriptum videmus: *ἕκτον ἀπέκτεινε Δαμάστην* (Plut. Thes. 12), *ὃν ἔνιοι Πολυπήμονα* (cf. Paus. I, 38, 5) *λέγουσιν· οὗτος τὴν οἴκησιν ἔχων παρ' ὁδὸν ἐστόρησε δύο κλίνας . . .*; tertium illius nomen est Procrustes (Diod. IV, 59, 5. Paus. I, 38, 5. Plut. Thes. 12.[8]) Quodsi Procrustes-Damastes idem est ac Polypemon,

---

[1]) Apd. II, 159 sq.

[2]) Call. fr. 182 Schn. (∾ Hyg. 56) 194 Schn. Schneider, Call. II, 87. Knaack, Callimachea (1887) p. 8 sq. Hiller v. Gaertringen apud Pauly-Wiss. III, 1076, 24 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 492, 6.

[3]) Scheider, Call. II, 186. Gruppe, Gr. Myth. 600, 1. 601, 2.

[4]) Apd. III, 217 sq. epit. 1, 1/4. 9. Hyg. 38. 42. Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 120 sqq. 126 sqq. Rh. M. XLVI (1891) p. 391 sq.) Diod. IV, 59 sqq. (Bethe p. 62 sq. 94.) Plut. Thes. 8/11. Kienzle p. 42 sqq. Laudien p. 4 sqq. 15 sqq. Höfer apud Roscher M. L. III, 1973 sqq. Schwartz aqud Pauly-Wiss. V, 674, 6. Steuding apud Roscher M. L. s. Theseus.

[5]) Apd. epit. 1, 10. Hyg. 242. Diod. IV, 61. Gruppe, Gr. Myth. 604, 10 sqq.

[6]) cum F P T X de G. Quem codicem qui excussit, cum nil sciret de Procrusta ut fatre Polypemonis, ex coniectura illum fecit filium Polypemonis, quod tradebatur de Sine (Apd. III, 218). Sed Procrustes-Damastes putabatur filius Neptuni (Hyg. 38).

[7]) Ovidius quomodo in isdem fabulis enarrandis a se ipso discrepuerit (Regimonti 1897) p. 33 sqq.

[8]) Stoll apud Roscher M. L. s. Damastes. Höfer, ibidem s. Procrustes. Ilberg ibidem s. Polypemon. Gruppe, Gr. Myth. 595, 3. 600, 3.

natus quoque est cum Polypemone. Ne id rideamus. Haec ambages non praestat Telegono (567) per >teli genus illud< indicato (cf. 51, 1. 52) vel Eryci (293) ut Echecratidae significato (cf. p. 52. 57, 1) vel Phigalo (327) Adeimanto nominato (cf. p. 52). Illos versus intellectu difficiles reddidit Ovidius praeterea eo, quod Sinem *Πιθυοκάμπτην* (Apd. III, 218)[1] bis (407. 409) affert ut homines inter se diversos haud secus ac Procrustam-Polypemonem.

In exemplis Capanei (470)[2] Aesculapii (470),[3] Semelae (471),[4] Jasionis (471),[5] Phaethontis (472),[6] Salmonei (473),[7] filiorum Lycaonis (473),[8] Macelus (475),[9] conquirendis haud scio an Ovidius non desudaverit, sed perinde ac Trist. IV, 3, 63 sqq de Capaneo, Phaethonte, Semela suum in usum converterit enchiridii mythographi indicem similem, ex quo Hygini *fab. 264 >eorum qui fulmine icti sunt< manavit.

Porro series Thrasi (477),[10] Actaeonis (479),[11] Lini (480)[12] tantopere congruit cum indice Hygini (f. 247) eorum >qui a canibus consumpti sunt: Actaeon Thrasus< et catalogus Ancaei, Lycurgi

---

1) Gruppe, Gr. Myth. 598, 7

2) Apd. III, 73. Hyg. 68. 70. 71. Met. IX, 404. A. a. III, 21. Trist. IV, 3, 63.

3) Apd. III, 122. Hyg. 49. Ety. M. s. Ἤπιος Diod. IV, 71, 1 sqq. (Bethe, p. 53. 94. Schwartz apud Pauly-Wiss. V, 674, 8.) Dietze p. 9. Thraemer apud Roscher M. L. I, 619, 30 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 121, 2.

4) Apd. III, 26 sq. Hyg. 167. 179. Diod. III, 64, 3. IV, 2, 2. Bethe p. 58 sqq. 96 sq. Met. III, 253 sqq. Am. III, 3. Trist. IV, 3, 67. Kienzle p. 19 sqq. Dietze p. 9. Vollgraff p. 69 sqq. Schwarz apud Pauly-Wiss. V, 674, 59 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 1434, 2. Vollgraff, Ovid. u. Nicander, I (1909) p. 123. De Jnone sorore cf. p. 62, 4.

5) Apd. III, 138. Hyg. 250. Trist. II, 300. Seeliger apud Roscher M. L. II, 61, 24 sqq.

6) Hyg. 152. 154. 250. Met. II, 1 sqq. IV, 246. Trist. I, 1, 79. IV, 3, 65. III, 4, 30. Ex P. III, 1, 51. Am. III, 12, 37. Vollgraff p. 58 sqq. Knaack, Quaestiones Phaethonteae: Phil. Unters. VIII (1886) p. 68. Knaack apud Roscher M. L. III, 2192, 45 sqq.; cf. Eitrem, Phil. LVIII (1899) p. 461 sqq. Laudien p. 3. 13. 15 sqq. Dietze p. 8. Lafaye, p. 61 sq. 147 sq. cf. infra p. 61, 14.

7) Apd. I, 89. Hyg. 61. 250. Diod. VI, fr. 7, 4. IV, 68, 2. Bethe, p. 56 sq.). Gruppe, Gr. Myth. 143, 12. 1021, 1. Ilberg apud Roscher M. L. IV, 291 sqq.

8) cf. p. 52, 3, 4. 60, 11.

9) cf. p. 42, 2. 61, 13.

10) Hyg. 247. cf. p. 37, 7. 8. 61, 4.

11) Apd. III, 30 sqq. Hyg. 180. 181. 247. Ov. Met. III, 138 sqq. Trist. II, 105. Vollgraff p. 69. Kienzle p. 18 sq. 21. 29 sq. cf. p. 37, 7. 9. 61, 5. Vollgraff, Ovid u. Nicander I (1909) p. 122 sq.

12) p. 37. 61, 6.

filii (503),[1] Adonidis (503)[2] >arbore Myrrhae (360. 539. 566) nati<, Idmonis (504)[3] cum indice Hygini (248) eorum >qui ab apris percussi interierunt: Adonis Ancaeus Idmon Hyas<, ut et Ovidius et Hyginus iterum (p. 55) hausisse ex fonte pari existimandus sit, ex compendio mythographico indicibus factorum mirabilium instructo.

Eorum quoque seriem, qui ab anguibus perierunt, Eurydicae (481),[4] Archemori (483),[5] Laocoontis (483),[6] qui sequuntur illos a canibus dilaceratos (477 sqq.; cf. p. 59, 10. 11. 12), eidem fonti illius compendii mythographi, in quo vix defuerunt nomina quoque Philoctetae (253),[7] Eurylochi (287),[8] Orestis (527)[9] iam supra v. 303. 348 (cf. p. 51, 10. 53, 4. 7) ex compendio assumpti, vindicandam iudico aeque atque ordinem Atrei (429),[10] Lycaonis (431),[11] Pelopis (434),[12] Ityos (434),[13] qui coniuncti exstitisse mihi videntur in indice τῶν επὶ τραπέζῃ μιασμάτων (Paus. X, 4, 8) vel eorum >qui homines in epulis apposuerunt<, a qua haud ita differt Hyg.

---

[1]) Apd. I, 67. 70. Hyg. 173. 248. Met. VIII, 391 sqq.

[2]) Apd. III, 182 sqq. Hyg. 58. 248. 251. 271. A. a. I, 75. Am. III, 9, 16. Met. X, 708 sqq. cf. p. 55, 9. 61, 7. De Myrrha matre cf. 54, 8. 55, 8.

[3]) Apd. I, 126. Hyg. 14. 18. 248. Seeliger apud Roscher, M. L., II, 105, 42 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 572, 2.

[4]) Apd. I, 14. Hyg. [14]. *216. 251. Met. X, 8 sqq. cf. p. 41, 5. 61, 11. 12.

[5]) Apd. III, 65. Hyg. 74.

[6]) Apd. epit. 5, 17 (Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 233 sq.). Hyg. 135. Praeterea Vergilii fabula notissima (Aen. II, 40 sqq. 201 sqq.) Ovidii ob mentem versata est; cf. Foerster, Laokoon: Arch. Jahrb. XXI (1906) p. 27. Gruppe, Gr. Myth. 689, 2 sqq.

[7]) cf. p. 47, 5.

[8]) cf. p. 31, 5. 61, 8.

[9]) Apd. epit. 6, 28 (Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 294). Höfer apud Roscher M. L. III, 1013, 57 sqq.

[10]) Apd. epit. 2, 13. Hyg. 88. 244. 246. 258. Ov. Met. XV, 462. Her. 16, 206 (Trist. II, 391 spectat ad poesin tragicam cf. Furtwängler apud Roscher, M. L. I, 713 sqq.). Gruppe, Gr. Myth. 659, 9 sqq.

[11]) iam ad v. 327 et 473 ex compendio cogniti; cf. p. 51 sqq. 59, 8.

[12]) Apd. epit. 2, 3. Hyg. 83. Met. VI, 404 sqq. Bloch apud Roscher, M. L. III, 1870, 21 sqq. 32 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 656, 4.

[13]) Codd.: Tantalides tu sis, tu Tereique puer. Apd. III, 194 sq. Hyg. 45. 239. 246. Ov. Am. II, 6, 7 sqq. Met. VI, 620 sqq. Fast. II, 629. 855. Roscher in M. L. II, 570, adnot. (Trist. II, 389 sq. tendit in tragoedias cf. Roscher l. l. p. 570 sqq.). Thrämer, apud Pauly-Wiss. I, 469, 63 sqq. 474, 32 sqq. Jessen apud Roscher, M. L. III, 3020, 1 sqq. 3023, 1 sqq. Höfer ibidem III, 2346 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 92, 2 sqq. cf. p. 62, 1. Philomelae (537), quoque sors in compendiis mythographis tractata exstabat (Apd. III, 194 sqq. Hyg. 45. Met. VI, 555 sqq. cf. Haupt-Ehwald, ad Ov. Met. VI, 412 sqq.[3]. Kienzle p. 34 sqq.).

f. 246 eorum >qui filios suos in epulis consumpserunt: Tereus ... Thyestes ...

Fabulas quoque Glaucorum trium: Sisyphi filii (555)[1] et dei marini (556)[2] et Minois filii (557)[3] in compendio mythrographico Ovidii conexas fuisse censeo haud secus atque in auctoribus mythologicis Palaephati (de incred. 26/8) et Eudociae (Viol. 242/4) et Apostolii (Leutsch, Paroemiogr. Gr. 2. cent. 5, 47/9).

Quam arte inter se coniuncti sint mythographi Alexandrini et poetae Alexandrini, hisce ex exemplis denuo (cf. p. 41, 1. 46, 2. 6. 49, 7. 51, 3. 5. 53, 1. 55 sq. 58, 2) discimus: Callimachus omnibus facem praetulit de Thraso (477)[4] et de Actaeone (479)[5] et de Lino (480)[6] et de Adonide (503. 360. 566)[7] et de Eurylocho (287).[8] Idem composuit carmen de Glauco (556) deo marino—fortasse epyllium[9] — illustrissimum (Ov. Met. XIII, 900 sqq. et Cicero IV,3, p. 403 M.); de eodem Glauco egit Alexander Aetolus.[10] Eurydicae (481) fabula, quae imprimis placebat inde ab aevo Alexandrino[11] a Phanocle videtur copiosius tractata.[12] De Macelo (475) verba fecerat Nicander.[13] Summa arte a poetis illius aetatis exornata est Phaethontis (472) calamitas.[14] Ityos (434) exitus

---

[1]) Apd. I, 85. II, 30. Hyg. 250. 273.

[2]) Hyg. 199; cf. p. 61, 9.

[3]) Apd. III, 7. 17 sqq. Hyg. 136 (Gruppe, Gr. Myth. 801, 6). 251; cf. Apd. III, 121 ∾. Hyg. 49. Tzetzes ad Lycophr. 811. Gruppe, Gr. Myth. 1444, 1.

[4]) fr. 9 Schn. Geffcken, H. XXV (1890) p. 95 sq. αἴτιον recognoscimus et apud mythographum (Hyg. 247) >ex eo Deli nullus canis< et apud Ovidium >canibus Latonia Delos non est adeunda<. cf. supra p. 37, 7. 8. 59, 10.

[5]) Call. hym. 5, 110 sqq. cf. Lafaye l. l. p. 138 sq. Wentzel apud Pauly-Wiss. I, 1210, 31 sqq. Kienzle p. 29 sq. cf. supra p. 37, 7. 9. 59, 11, Helbig, Unters. z. camp. Wandmalerei (1873) p. 263. 266. 324. 326. 329.

[6]) cf. supra p. 37. 59, 12.

[7]) fr. 371 ∾ 335 Schn. Plaehn, De Nicandro aliisque poetis Graecis ab Ovidio in Met. conscribendis adhibitis (Hal. Sax. 1882) p. 38 sqq. Dümmler apud Pauly-Wiss. I, 386, 14 sqq. 391, 5 sqq. Roscher in M. L. I, 71, 30 sqq. Wilhelm, Rh. M. LXI (1906) p. 93 sq. Gruppe, Gr. Myth. 950, o. cf. p. 54, 8. 55, 8. 9. 60, 2. Jahn, Arch. Beitr. p. 45 sqq. Helbig l. l. p. 84. 118. 259 sq. etc.

[8]) cf. p. 31, 5. 60, 8.

[9]) Schneider, Call. II, 165 sq. Heumann, De epyllio Alexandrino (Lps. 1904) p. 36 sq. Gaedechens apud Roscher, M. L. I, 1683, 20 sqq.

[10]) Susemihl, Alex. Litt. G. I, 189, 81. Gruppe, Gr. Myth. 69, 4.

[11]) Gruppe apud Roscher, M. L. III, 1158, 6 sqq. 1159, 54 sqq. et Gr. Myth. 875, 5. cf. Dietze p. 18 sqq.

[12]) cf. supra p. 41, 5. 60, 4.

[13]) cf. supra p. 42, 2. 59, 9.

[14]) Vollgraff p. 45 sqq. Ovid u. Nicander I (1909) p. 105 sqq. Knaack, apud Roscher, M. L. III, 2176 (E). 2187 sqq. 2192 sqq. Dietze p. 8. Gruppe, Gr. Myth. 381, 14. 789, 4. cf. supra p. 59, 6.

post poetam nescimus quem illius aevi saepissime est cantatus a poetis Augusteis.[1])

Cum mythographis omnino consentiunt ea, quae Ovidius commemorat ex cyclo Thebano[2]) de Spartis (445),[3]) de Inone (497),[4]) Athamantis (347)[5]) uxore et Semelae (471)[6]) sorore, de Pentheo (533),[7]) de Dirca (535),[8]) de Thebanis a Sphinge necatis (377).[9])

Ibidem narratum fuisse meminerat de Perseo in arca incluso (463)[10]) et de Phineo in saxum a Perseo mutato (553)[11]) — quid quod Phineus videtur defuisse in Euripidis Andromeda, occurrit apud mythographos[12]) — de Tena ipso quoque arca in mare proiecto

---

[1]) cf. Roscher in M. L. II, 570 adn. Thrämer apud Pauly-Wiss I, 471. cf. supra p. 60, 13.

[2]) cf. Bethe p. 45. 65 sqq. 83 sq. 95. Schwartz apud Pauly-Wiss. V, 674, 6. Vollgraff p. 69 sqq.

[3]) Apd. I, 128. III, 23 sq. Hyg. 178. Ov. Met. III, 101 sqq. (cf. Haupt-Ehwald, ad Met. III, 1 sqq.[8]). Crusius apud Roscher, M. L., II, 828, 3 sqq. 875, 42 sqq. Vollgraff p. 69 sqq. Kienzle p. 20 sq. Dietze, p. 9.

[4]) Apd. III, 26 sqq. Hyg. 2, 2. 4, 2. 5. 224. Plut. De proverbiis Alex. libellus ineditus rec. O. Crusius 1, 6 p. 8. Met. III, 313. IV, 416 sqq. 525 sqq. (cf. Haupt-Ehwald, ad Met. IV, 512.[8]). Fast. VI, 479 sqq. Vollgraff p. 69. Kienzle p. 19, 5. 32 sqq. Dietze p. 9. Gruppe, Gr. Myth. 135, 7. cf. Vollgraff, Ovid u. Nicander I (1909) p. 134 sq.

[5]) cf. supra p. 53, 4.

[6]) cf. supra p. 59, 4.

[7]) Apd. III, 36 (cf. Schwartz apud Pauly-Wiss. V, 674, 59). Hyg. 76. 184. 239. Met. III, 511 sqq. (cf. Haupt-Ehwald, ad Met. III, 511[8]). Vollgraff p. 69. Kienzle p. 17 sqq. 21 sq. 23 sqq. Dietze p. 9. Rapp apud Roscher, M. L. III, 1928, 35 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 906, 8. Oppenheim, Wiener St. XXXI (1909) p. 97 sqq. Vollgraff, Ovid u. Nicander I (1909) p. 124 sqq.

[8]) Apd. III, 44. Hyg. 8 (Stoll apud Roscher, M. L. I, 308, 18 sqq. Schirmer ibidem s. Antiope). Met. VI, 110 sq. Wernicke apud Pauly-Wiss. I, 2496, 41 sqq. Bethe apud Pauly-Wiss. V, 1169, 53 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 84, 15.

[9]) Apd. III, 52 sqq. Hyg. 67. Met. VII, 759 sqq. Bethe p. 83 sq. 95.

[10]) Apd. II, 34 sq. Hyg. 63 (Kuhnert apud Roscher, M. L. III, 2012, 63 sqq.). Hyg. 64 (Kuhnert l. l. 2013, 40 sqq.). Met. IV, 610 sq. Kuhnert l. l. 2009, 36 sqq. 2011, 49 sqq.

[11]) Apd. II, 44. Met. V, 1 sqq. 210 sqq. Jessen apud Roscher, M. L. III, 2355, 23 sqq. Bethe, H. XXXIX (1904) p. 4. Laudien p. 2. 12. 15 sqq. Dietze p. 11.

[12]) Kuhnert apud Roscher, M. L. III, 1999, 15 sqq. 2010, 49 sqq. Jessen ibidem III, 2355, 44 sqq. Alms, Parergon Ovidianorum partes II (Rost. 1906) p. 25 sqq.

(463),[1]) de Perdice Daedali sororis filio propter serram inventam a Daedalo ex arce Athenarum praecipitato (498).[2])

Versibus 623 sqq.

Utque Melantheā tenebris a caede latentem
prodidit officio luminis ipsa parens . . .
sic precor auxiliis impediare tuis

neque in Ulixem Eurycleamque (Od. XIX, 386 sqq.), quod Ellis in commentario exponere conatur, tendit Ovidius neque in Girgim, Parysatidis ancillam, quod idem vir doctissimus Plutarchi de Artaxerxe capite XIX adducto censet in Transactions of the Oxford Philological Society 1883/4 p. 12; pentametri enim neutro loco explicantur. Historiae nimis obscurae non iam possumus lumen afferre.

Restat, ut exemplis mythologicis perpensis accedamus ad exempla historica ac prius ad Graeca. Quae ex fontibus diversis variisque singula Ovidium ipsum collegisse haud scio an nemo iudicet, immo vero excerpsisse ex opere tum usitato secundum rationem suam versuum celeriter conscribendorum aliunde satis cognitam videtur. Historiae Graecae rebus Romanis, de quibus Livius tum agebat, fere neglectis tractatae erant a Trogo Pompeio opere tunc ipsum perfecto Historiarum Philippicarum (cf. Riese, Fleck. Jahrb. CIX (1874) p. 381). Quid quod apud Trogum Pompeium[3]) solum exitus Callisthenis exstat eodem modo narratus atque apud Ovidium (519). Et re vera omnia exempla vel potius series totae exemplorum in Trogi Pompeii libris occurrebant aut videntur occurrisse, prout e prologis asservatis et Iustini epitoma celeriter conscripta de illis licet concludere: Philippus veluti a Pausania interfectus (295; Iust. IX, 6, 4 sqq.), Alexander Philippi vel Ammonis filius veneno sublatus (297; Iust. XI, 11, 6 sqq. XII, 13, 8 sqq.), Achaeus (299; Prol. XXX), Pyrrhi Magni exitus (301; Prol. XXV).[4]) Ambraciae a vulgo Laodamia (305) filia Pyrrhi II et proneptis

---

[1]) Poetae Alexandrini: Lycophr. 232 sqq. et mythographi: Apd. epit. 3, 24 sq. (Wagner, Epit. Vatic. (1891) p. 193 sq.). Diod. V, 83, 4. Conon, Narr. 28. Tzetzes ad Lycophr. 232. cf. Gruppe, Gr. Myth. 304, 12

[2]) Apd. I, 84. III, 214. Hyg. 2. 39. 244. 274. Diod. IV, 76, 5 (cf. Holland, Sage v. Daed. u. Ic. (Lpz. 1902) p. 21 sqq.). Met. VIII, 236 sqq. Gruppe, Gr. Myth. 17, 4. Robert apud Pauly-Wiss. IV, 1996, 18 sqq. Kienzle p. 47. Dietze p. 56 (qui falso Theodoro Ovidii fabulam attribuere vult). — fortasse ex catalogo inventorum (Hyg. 274); cf. supra p. 47, 4.

[3]) Iust. XII, 6, 17. XV, 3, 3 sqq. cf. contra Ptol. fr. 14 p. 91 M. (Arrian). Droysen, Gesch. des Hell. I, 2, 94. Niese, Gr. Gesch. I, 125 sq. Hoffmann, Lit. Porträt Alex. d. Gr. (1907) p. 4 sqq. 59.

[4]) Quem poeta, quo magis eum, qui legit, decipiat, appellat Achilliden, Neoptolemum vero Achilliden vocat Pyrrhum (303).

Pyrrhi Magni (Beloch, Gr. Gesch. III, 2, 106 sqq.) a. 233 interempta est[1]) itaque >expiatum Pyrrhi Magni in Proserpinam Locrorum, Demetris filiam, nefas<, de quo copiosius Livius egerat (XXIX, 8, 9. 18) et certo Trogus quoque locutus erat in historia Pyrrhi ex Sicilia reversi — tum rex flagitium illud commisit — i. e. in l. XXIII (Prol.).

>Nepotem dicti modo regis< Pyrrhum II nepotem Pyrrhi Magni (307) ab Olympiade matre veneno esse sublatum nisi Ovidius hoc loco nemo tradit (Droysen III, 2, 25, 4; Niese II, 265, 4). Trogus non solum id, quod Iustinus XXVIII, 3, 1 sqq. asservavit, videtur narrasse Pyrrhum necessaria morte esse mortuum matremque gemino <Pyrrhi et Ptolemaei> funerum vulnere afflictam aegre spiritum trahentem non diu filiis superstitem fuisse, sed etiam adnotasse matrem quibusdam videri filium venenasse luctumque simulasse. Olympiadem illam quidem a veneficio non abhorruisse quadamque ratione a Pyrrho filio dissedisse inde apparet, quod Tigridem, quam ille amabat, veneno interficiendam curavit (Athen. XIII, 589 f.).

Versus proximos (309) Ellis, qui Leuconem filium Themistus proponit, non recte interpretatus est, sed scholiasta P, qui reliquis praestat et diligentia et brevitate adnotationum (cf. p. 28, 6): Leucon unus ex Ponticis regibus, Spartaci fratris sui interemptor cum vellet uxorem eius adulterare, ab ea interfectus est. — De Leucone ita deperdito nil praeterea scimus. Res Scythicas Trogus diligentissime tractaverat et regem quoque procul dubio commemoraverat aut in l. II, de quo haec in prologo adnotantur: Scythiae et Ponti situs, originesque Scythiae usque ad bellum, quo est inde pulsus Darius — aut verisimilius in l. IX, de quo haec in prologo: Byzantii origines, a cuius obsidione summotus Philippus Scythiae bellum intulit. Repetitae inde Scythicae res ab his temporibus, in quibus illa prius finierant, usque ad Philippi bellum, quod cum Athea Scythiae rege gessit. — Leuconis igitur exemplum non solum apud Ovidium sed etiam apud Trogum artissimo cohaeret vinculo cum rebus Philippicis.

Apud Trogum eundem scriptum viderat exitum Sardanapalli (311; Iust. I, 3, 5), interitum Cambysis copiarum (313; Iust. I, 9, 3), exitum Persarum Darei II fraude interfectorum (315; prol. IX in quo res Persicae repetitae erant inde a Dareo Notho).[2])

---

[1]) Iust. XXVIII, 3, 4. Poly. Strat. VIII. 52. Droysen III, 2, 25 sq. Niese II, 266.

[2]) neque igitur secundum totum rerum conexum apud Callimachum, cuius nomen affertur in scholiis falso (cf. Schneider Call. II, 280 sq. Geffcken

Quae Ellis de proximis versibus (317) profert, minus placent; scholiastae autem ad interpretationem iterum rectam viam patefaciunt, cum docent: Neodes (vel Neocles) tyrannus Sicyone expulsus propter crudelitatem (cf. Schenkl, Ztschr. f. d. österr. G. XXXIV (1883) p. 270) frigore et fame periit. Nomine corrupto significatur Nicocles tyrannus Sicyoniorum, qui crudelitate famosus (Plut. Arat. 4) ab Arato ca. a. 251 petitus (Plut. Arat. 4 sqq. Paus. II, 8, 3) clam oppido excessit (Plut. Arat. 9. Paus. l. l.)[1]) evanuitque ex memoria. Trogum egisse hisce quoque de rebus Sicyoniis ex prologo l. XXVI solo cognoscimus; Iustinus vero Aratum omnino neglexit.

Hermiae quoque fatum (319) Trogus procul dubio tractaverat idque in libro X, quo res Persicae inde ab Artaxerxe II Mnemone usque ad Dareum III Cotomannum uberius expositae erant (Prol. X).

A scriptore eodem res quoque Thessalicae erant commemoratae et Alexandri (321), qui ab anno 369 usque ad annum 359 tyrannus Pherarum erat,[2]) in libro VI, quod ex prologi verbis apparet: In Thessalia deinde Jasonis et post illum Alexandri Pheraei coalitum atque exstinctum imperium. Cuius tyranni ad historiam pertinet proximum quoque exemplum (323) eodemque ex fonte derivatum putandum est. Aleuades enim optimates Larisaei, ut Alexandrum Pheraeum tyrannide expellerent, Alexandrum Macedonum regem Larisam introduxerunt, qui arce excepta oppidum occupavit (Diod. XV, 61, 2 sqq.).[3]) Qua in re facillime fieri potuit, ut Aleuadum quoque aliquis tolleretur.

Quis vero Milo ille fuerit, quo tyranno cruciatam esse †Pisam[4]) quemque vivum in occultas aquas esse praecipitatum Ovidius narrat (325), primo obtutu obscurum videtur (Plaß Tyr. II, 190); hanc autem in historiarum Graecarum seriem solus et qui tyrannus possit vocari, quadrat Milo ille Pyrrhi amicus, qui a rege custos arcis Tarentinae relictus, postea in Epirum arcessitus est;[5]) quibus de rebus Tarentinis Trogus idem (Iust. XXV, 3, 4. 6) scripserat. Milo procul dubio cum Tarentinis difficultates habuit (Zonar. VIII, 6 edit. Paris. I, 379 A. C) eisque facillime ad crudelitatem potuit

---

H. XXV (1890) p. 92) ad distichum aliud recte adnotatum, huc scribarum errore translatum.

[1]) Droysen III, 1,337 sqq. Beloch III, 1,635. Niese II, 244 sq.

[2]) Droysen I, 25. Beloch II, 299. Ed. Meyer, Gesch. d. A. V, 479 sq. Kaerst apud Pauly-Wiss. s. Alex. n. 5.

[3]) Beloch II, 257. E. Meyer V, 438. Toepffer apud Pauly-Wiss. I, 1373, 60 sqq.

[4]) >Roma< in G est coniectura; fortasse latet nomen feminae.

[5]) Niese II, 62 sq.

deduci. Quem a civibus iratis tunc ipsum occisum esse ex Ovidii verbis contra hanc interpretationem minime concludendum est.

>Dominus Cassandreus<[1] (461) tyrannus ille crudelissimus Ex P. II, 9, 43) est Apollodorus,[2] qui ab Antigono a. 276 est expulsus et ita videtur perisse ut Ovidius forte solus refert: saucius contumulatus ingesta humo. Hanc quoque historiam ut reliquas diadochorum, quas supra commemoravimus, sumpsisse existimandus est ex Trogo Pompeio, qui de Cassandrea ab Antigono expugnata in libro XXV (cf. Prol.) egerat.

Supplicium de Mamerco[3] Syracusis a. 339 sumptum (547)[4] certo non poterat reperire apud Nepotem (Tim. 2, 4), sed de prompsisse videatur ut cetera omnia exempla historiarum Graecarum ex Trogo, qui in libro XXI (cf. Prol.) narraverat >ut a Timoleonte Carthaginiensium bello< — quos Mamercus quoque adiuverat — >esset liberata Sicilia<.

Anaxarchi philosophi (571) apud Alexandrum auctoritatem Trogus certo (Iust. XII, 13, 5) commemoravit ac mirum esset, nisi quid addidisset in excurso, quem Iustinus neglexit, de memorabili eius lingua proterva et quae postea supplicium crudelissimum effectura esset.[5]

De Pausaniae morte (615) auctor omnium scriptorum recentiorum est Thucydides.[6] Illi ut Ovidius etiam matrem ephoros adiuvisse addunt, veluti Diodorus (XI, 45, 6 sq.). Cornelius Nepos (Paus. 5), neque Trogum Pompeium, qui certo hac quoque de re egit (Iust. II, 15, 16) ab eis dissensisse est veri simile.

Nec deerat denique apud Trogum (Iust. V, 8, 13 sq) Alcibiadis exitus miserrimus (633).[7]

Socratis vero finem gloriosum (559) perbene noverat Ovidius ex Platonis dialogis.

De Empedocle, qui se in Aetnam praecipitavit (597) praebet Ovidius ut Horatius (Ep. II, 3, 465) narrationem divulgatam.[8]

Inseruit Ovidius satis multa exempla poetarum eorumque complurium, quorum ne nomine quidem enucleare possumus. Quae

---

[1]) Ellis bene restituit; Ca(n)ssandrus G H M T Cassandreus F et schol. P.

[2]) Plaß, Tyrannis II, 134 sq. Droysen II, 2, 344 sq. Beloch III, 1, 586. Niese II, 22. 24. Kaerst apud Pauly-Wiss. s. Apollodorus n. 43.

[3]) Mammerte G. Mammertus vel ta schol. G.

[4]) Nepos Tim. 2, 4. Plut. Tim. 34. Beloch II, 585 sq.

[5]) Droysen I, 2, 89. Zeller, Phil. d. Gr. I, 963, 6.[5] Kaerst apud Pauly-Wiss. s. A.

[6]) Ed. Meyer, Gesch. d. A. III, 518.

[7]) Toepffer apud Pauly-Wiss. I, 1530, 56 sqq.

[8]) Zeller, Philos. d. Gr. I, 752, adn.[5]. Wellmann apud Pauly-Wiss. V, 2507, 46 sqq.

exempla unde hauserit, investigare atque fortasse de Callimachi *Γραφείῳ* i. e., ut Schneider censet,[1]) Imaginibus vel, ut accuratius dicit Susemihl (Alex. Litt. G. I, 356, 52), Imaginibus poetarum conicere lubricum est.

Simonides veluti a Dioscuris servatus Scopasque domus ruina obrutus (511) tam erat notus (cf. Cic. De orat. II, 86), ut Ovidium Callimachi id factum leviter tangentis (fr. 71 Schn.) meminisse censeamus non sit necesse.

>Repertor iambi pugnacis< (521) procul dubio est Archilochus. Quem lingua proterva perisse — id enim secundum exemplorum nexum per >nocuit< significari videatur — nemo[2]) nisi Ovidius hoc loco narrat.

Quis vero ille sit, qui >carmine parum stabili< laeserit Athenas et invisus cibo deficiente extinctus sit (523), aut ille vates >lyrae severae<, qui dextera laesa mortuus sit (525), ignoramus. Scholia C et Ask. ad 525, quae tendunt in Lycophronem ab Ovidio v. 531 adductum, ficta sunt ac nomen auctoris >teste Gallo< perinde ac reliqua scholia ad hunc locum.

Neque vero iam vatem — i. e. secundum poeticum illius aetatis sermonem: poetam — Achaeum apium spiculis interfectum (541) neque poetam Syracosium (549) certo nomine significare possumus; Theocritus ille quidem non in censum venit.[3])

Neque magis, quis comicus ille poeta (591) fuerit, qui >dum nabat< in undis periit, videtur posse indagari. Verbis >dum nabat< indicatur poetam illum nando se voluisse recreare. Id vero nescio an neque in Eupolin neque in Terentium (schol. P et Reg. 2061. 1801) tendat. Menandrum offerunt scholiastae Reg. 2061 et Pal. 1709. Sed ex >poeta comico< conicere de Menandro facillimum erat. Scholiasta Salvagnii adnotat: Menander comicus Atheniensis, dum in Piraeo portu nataret, submersus est, de quo nobilissimae a Graecis editae traduntur elegiae et a Callimacho epigramma. Quod epigramma Schneider (fr. 74) *τῷ Γραφείῳ* attribuit neque est, quod

---

[1]) Call. II, 166 sqq. 221. 228 sq. De Archilocho (Ov. Ib. 521) cf. Schneider' Call. II, 167 sq. fr. 37 a, quocum coniungas fr. 253 Schn.: *κηκάδι σὺν γλώσσῃ*. De Menandro (Ov. Ib. 591) cf. fr. 74 Schn. Susemihl, Alex. Litt. G. I. 255, 41. 356, 52. Huic *Γραφείῳ* attribuere liceat haec quoque epigrammata vel fragmenta elegica: de poeta epico (fr. 138. fr. an. 33 Schn.), de Margite Homeri (cf. 74 a Schn.), de Creophylo (epigr. 6 Wil), de Lyde Antimachi (fr. 74 b Schn.), de Arato (epigr. 27 Wil.), de Timone (epigr. 4 Wil.), de Heraclito aliquo (epigr. 2 Wil.), de Xenocrito Locrensi illo artis musicae peritissimo (fr. 541 Schn.), de dithyrambis (fr. 279 Schn.).

[2]) Bergk, Gr. Litt. G. II, 184. Croiset, Hist. de la litt. Gr. II, 180, 9.

[3]) cf. v. Wilamowitz, Textgesch. d. griech. Buk.: Phil. Unters. XVIII (1906) p. 168, 1.

cum Ellis et Geffcken (H. XXV (1890) p. 96) hoc scholium nulla re commoti nisi quod est Salvagnianum, contemnamus. Neque vero illo epigrammate Callimachi actum esse de exitu Menandri constat.

Denique Euripidem (595) a canibus dilaceratum esse[1]) inde a Sotada (Stob. Flor. 98, 9) et Hermesianacte (Athen. XIII, 598 e.) omnes fere narravisse cognoscimus ex Hygino (f. 247)[2])

Milo senex (609. Met. XV, 229 sqq.) a bestiis divulsus tam notus erat (Paus. VI, 14, 3. Strabo 263. Gell. XV, 16. Val. Max. IX, 12, 9), ut Iuvenalis (10, 10 sq.) illius nomen omittere posset:

viribus lile
confisus periit admirandisque lacertis.

Restant pauca exempla Romana, quae omnia fabula de Hannibalis crudelitate (389) excepta et annalistae alicui attribuenda (Cic. de off. I, 12, 38. de am. 8, 28. Hor. Ca. II, 12,27 Heinze l. l. p. 10, 1.[3]) apud Livium legere poterat: Metti Fufetii (279)[3]) Reguli (281)[4]) Mithridatis (329)[5]) Tulliae (363)[6]) Curtii (443)[7]) Tiberini (514),[8]) denique Remi (635),[9]) a quo Ovidius ut poeta Romanus finem facit ambagum.

Cum alias[10]) tum hoc in Ibidis carmine Ovidius praecipueque in exemplis, quae congessit minus libris sedulo evolutis quam memoria a puero historiis talibus assueta usus, praestitit artem suam compositionis politissimam et laudatissimam elocutionis elegantiam.

---

[1]) Dietrich apud Pauly-Wiss. VI, 1246, 12 sqq. Christ-Schmid, Gr. Litt. G. I, p. 333, 3^5.

[2]) Quem mythographum in animo habuisse Ovidii Ibin nego, quod Ibis nunquam erat tanta auctoritate; cf. supra p. 51,9.

[3]) Liv. I, 28, 10: primum ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit. Ovidius contra: ne poenae genus hoc cognoverit unus. Verg. Aen. VIII, 642 sqq.

[4]) Epit. XVIII.

[5]) Epit. CII; cf. supra p. 52,2. Mithridates, qui Διόνυσος i. e. >Lenaeus< ut ait Ovidius vocari solebat (App. Mithrid. 113. Cic. pro Flacco 25, 60. Ellis Mél. Boissier (1903) p. 186 sq.), postquam ex Ponto i. e. >Amastriacis ab oris< fugit, Panticapaei est occisus (Reinach-Goetz, Mithridates Eupator (1895) p. 407 sq.). Qua ab interpretatione Ellis quod desisteret in Mél. Boissier, non habuit. Neque vero Panticapaeum nomine ipso tangit Ovidius, sed circumscribit ut >Achilleam humum<, quod chersonesus, quae dicitur Ἀχιλλέως δρόμος, prope distat a Chersoneso Taurica, cuius caput est Panticapaeum.

[6]) Liv. I, 48, 7. Ov. Fast. VI, 587/610. Kiepert-Huelsen Formae urbis Romae sub >vicus sceleratus<. Richter, Topogr. v. Rom p. 311.

[7]) Liv. VII, 6.

[8]) Liv. I, 3, 8. Ov. Fast. IV, 47 sq., Met. XIV, 614 sqq.

[9]) Liv. I, 7,2.

[10]) Bethe H. XXXIX (1904) p. 2/3. Kienzle p. 67/8. Dietze p. 3/5. 23.

(Numeris uncis inclusis paginae dissertationis significantur.)

I. Tabula argumenti.

II. Index rerum.

III. Index locorum Ibidis.

Typis expressit Robertus Noske Bornensis.

Vita.

Natus sum Carolus Zipfel in urbe Dresda id. Dec. a. 1880 patre Hugone matre Anna e gente Neuhäußer. Fidem profiteor evangelicam.

Dresdae primis litterarum elementis instructus inter discipulos gymnasii Regii Dresdensis Martino Wohlrab viro humanissimo rectore a. 1892 receptus sum; praeceptoribus quot quantaque debeam, nunquam obliviscar.

Maturitatis academicae testimonium adeptus inde ab a. 1901 Lipsiae operam navavi imprimis studiis philologis. Docuerunt me viri illustrissimi: Buchholz, Brieger, Brugmann, Credner, Gardthausen, Gregory, M. Heinze (†), Hirt, Hofmann, Ihmels, Immisch, Iungmann, Kirn, Köster, Lipsius, Martini, Marx, Schnedermann, Seeliger, Sievers, Sommer, Volkelt, Wachsmuth (†), Weigand, Weule, Wundt. Proseminario philologo me adscripserunt Immisch et Martini, proseminario Germanico Sievers. Seminarii philologi auspiciis Lipsii Marxii Wachsmuthii (†) sodalis fui duo semestria, historici Wachsmuthio (†) moderante ter per senos menses; ad exercitationes de re metrica institutas comiter mihi aditum patefecit Marx; in seminarium paedagogicum benigne me recepit Iungmann.

Cum omnibus his viris laudatissimis gratiam habeo vel maximam, tum Ricardo Heinze, qui eximia diligentia et comitate huic opusculo emendando perpoliendoque studuerit, et Iusto Hermanno Lipsius, qui hanc quaestionem adumbrandam examinis publici absolvendi causa mihi proposuerit, et Edgaro Martini, qui semper omnia studia mea Lipsiensia summa benevolentia adiuverit.

Multa me debere amicorum in societate philologa Lipsiensi consuetudini libenter profiteor.

Mense Quint. a. 1906 Lipsiae examen publicum absolvi; deinde fui magister gymnasii Regii Dresdensis paululum temporis, nam a mense Oct. a. 1906 ad a. 1907 stipendia merui Dresdae in legione CVIII, quae vocatur Schützenregiment >Prinz Georg<; tum ad hoc temporis Schneebergae officio functus sum praeceptoris ordinarii gymnasii Regii.

Denique non omittam bibliothecis publicis Dresdensi ac Lipsiensi et bibliothecae gymnasii Regii Schneebergensis pro thesauris libenter permissis agere meritas debitasque gratias.

[illegible]

